resurgunt. sed si discutes eos qui hoc dixerint.  
cum scias illos carnis resurrectione omnino ne  
gare. dic & tibi. ue illa utique erit. qui in carne  
baptizatus non fuerit. ut anima ipsius dum  
in corpore est. de morte delictorum suorum.  
& sepulchro erit in unum. per baptismum in eadem  
carne resurrectionem negat. **S**icut ergo hi

uerbo tenus defendunt. Nam ipsius carnis salu-  
 tem excludunt. ita & hi per ueri similem con-  
 fessionem. innocentium mentes occulta fraude  
 seducunt. & ut sol & l. & alepoculum mellis  
 dulcedine temperatum. suauitate fallente per-  
 imere. sic & hoc malum. per blandimenta au-  
 rium. audientium sensus quadam labe conta-  
 minans. contagione adherens inficit. Deni-  
 q. & nunc potuissent omo usion. sicut & cetera  
 uerbo tenus nominare. si habuissent. quomodo  
 illud ad aliam intelligentiam. scilicet sensu  
 puer terent. Sed cum uiderent se in hoc uerbo  
 concludi. nullam omnino mentionem huius  
 rei fieri uoluerint. ne aut p. fitendo hoc crede-  
 rent. Aut credentes professi uiderentur. sub-  
 tali ingenio excusantes. qd. aut scriptum non  
 esset. aut dñm. in substantia dici non oportere.  
 nec corporeus credere. **D**ñs enim inquit efficit.  
 ut sit substantia. non tamen. ut ipse dñs in sub-  
 stantia deputet. **Q**uipe aiunt. cum omnis  
 substantia contraria recipiat. dñs uero qui nihil  
 diuersum admittere potest. in substantia dici  
 non debet. ignoscerem tibi si hoc simpliciter dice-  
 res. si rationem uellisset. si rudis ad hanc

questionem accederes. si non ipse esset qui semp  
de alia substantia uel de nullis ex tantab. di  
filium adfereret. At cum idem ipse sit qui  
hinc sepe conuincitur. sepe confessus sepe negan  
do. sepius ut aliter inmutando damnatus sit  
qui & iam nunc u. ambitione. & potentia regum  
exagitet ac turbes omnia. quomodo me uias  
ignoscere tibi posse frequentius eadem rōtā  
tantā. sed ne uideat hęc peruersitas pre iudica  
ta. magis quam ex aminat ad damnari. breui  
ter tibi de hac oppositione respondeam. Prohi  
bes itaq. in dō substantiam nominari quasi om  
ne qd substantia dicitur. res ipsa unius generis  
habeat. An ignoras aliter celestia. aliter  
terrena constare. Sed & in ipsis celestib.  
atq. mundanis rebus. magnam differentiam  
inter eē. Aliter enim angeli. aliter singule  
queq. uirtutes. constitutionum suarum sub  
stantias acceperunt. sicut apostolus ait.  
Alia claritas solis. alia claritas lune. alia  
claritas stellarum. Sic & in hoc mundo. ut  
diuersa genera rerum. ita & diuersa corpora  
animalium. & omnia sui cuiusq. generis sub  
stantia noscuntur. sicut apostolus dicit.

Non omnis caro una. Atque eadem caro. Si ergo  
 eaque ad deum facta sunt. diuersas qualitates substan-  
 tiarum suarum habent. tu putas in deo talem esse  
 substantiam. qualem habet aliquis horum quod  
 factum est. ut possit contraria recipere. Absit.  
**Q**uia est enim substantia di-  
 uini ipsi. quod dicitur. sim-  
 plex. singulare. purum. nulla concretionem  
 mixtum. limpidum. bonum. perfectum.  
 beatum. integrum. sanctum. totum. An tu putas  
 inane aliquid esse & uacuum. quod dicitur. hoc  
 enim dicitur blasphemiam esse. ut inane putetur.  
 pro quem cuncta consistunt. Quia omnia uerbo edic-  
 dit. ratione composuit. uirtute profecit. Cuius  
 nutu. & imperio. uniuersa geruntur. cuncta  
 deseruiunt. & bene quod de deo in lege scriptum est.  
**E**go sum qui sum. & qui est misit me. & ipse salua-  
 tor & dominus. **H**aece est inquit uita aeterna. ut cog-  
 noscant eum solum uerum. <sup>deum</sup> & quem misisti in  
**M**undum. **E**st ergo in essentia sua deus. cuius cognitio  
 uita aeterna est. qui est tantus. quantus dici non  
 potest. qui tunc digne aestimatur. cum inestima-  
 bilis dicitur. **E**st utique. uellus. ac nollus. ergo  
 ipse quod est. hoc enim substantiae eius rei. quae esse  
 defenditur. **Q**uod tamen ut iam dictum est.

quantus & qualis sit. nec mente concipi. nec  
sensu estimari. nec animo definiripotest. dū  
modo constat esse quod creditur. ut de eo ipso  
quod dicitur. in deo sit filius. & uerus sit filius.  
& uerus sit pater in filio. & filius in patre. hoc  
erit homouision. hoc est unius essentiae cū patre.  
sicut ipse dñs ait. Ego in patre. & pater in me.  
ego & pater unum sumus. & ego de dō patre ex  
iui. & qui me uide & uide & patrem. Non in  
merito. quia filius dī de dō patre natus est.  
& ideo de unitate substantiae & de maiestate  
diuinitatis unum sunt. sicut & hieremias  
propheta ait. Quis tabit in substantia dñi. &  
iterum apud eundem. & si starent in sub  
stantia mea. auerterent eos ab studiis eorum  
persimis. & apud salomonem. substantia mea  
dulcedo mea est. Cum ergo hanc unitatem sub  
stantiae in patre & filio. non solum propheta  
sed euangelica auctoritate cognoscas. quomo  
do dicitur in diuinis scripturis. omouision. non in  
ueniri. quasi aliud sit omouision. quam quod  
dicit. Ego de dō patre exiui. & ego & pater unū  
sumus. uel qd̄ p̄ph̄e ex aperto. substantia dī  
intimat. **H**ec est aut̄ omnis ratio in patre & filio.

ut unitatem substantiæ credas. Licet rem ipsa  
 que est inenarrabilis definire non possis. ut  
 siue lumen de lumine dicas. siue uirtutem  
 de uirtute. siue spm de spu. siue dnm de do.  
 qd cumq; de do dixeris. unius tamen essentia  
 patrem & filium credas. ¶ deo ipso quod  
 pater est. filium natum intellegas. Nam si ali  
 qua comparationem de his reb; que uident in eo  
 facias. ipsa dissimilitudine rerum. non ratione  
 ostendis. sed aliter cationem disputationis in  
 ducis. & quia ex uocedi scriptum est. Cur me  
 comparabis. ac p in dedis cui ad simulari nihil  
 potest. sufficiat credi quod deo sentit. qui a ipse  
 credi se uoluit. non iudicari. nec examinari.  
 deniq; de hoc ipso qd mecum p fiteris. si aliqua  
 similitudinem uellis in do conferre. nescio  
 an quod comparaueris. possis expressius defini  
 re. ut puta cum dicas. lumen ex lumine. si ad  
 explanandu illud scrupulosa narratione cogi  
 ris. quero quomodo lumen ex lumine credas.  
 utrum quasi lucerna. ex lucerna. uel quasi sole  
 ex sole. ut aut duas lucernas. aut duos soles.  
 quasi duos deos sub hoc exemplo inducas. an  
 splendore luminis eiusdem lucerne. uel clari

tatem solis de eodem sole fulgentem de lumi-  
ne lumina signet. ut in matrice luminis patris  
figuram ad similes. filium uero in splendorem  
eiusdem claritatis ostendas. ut ex eo profectum  
dixerit. Apud te est fons uisus. & in lumine tuo  
uidebimus lumen. **¶** Mel salomon cum dicit.  
Candore est lucis aeternae. & speculum sine macu-  
ladi maiestatis. & imago bonitatis illius. Apos-  
tolus hinc predicauerit saluatorem nostrum ima-  
ginem esse inuisibilis dei. eo quod & imago solis. lux  
sua sit. quae de eodem sole procedit. **S**ed quanta  
ad haec responderi possunt. qualiter generant.  
quod apostolus prohibet. longum est dicere. quippe  
cum constet lumen illud quod est estimari. con-  
prehendi. & definitum non posse. nec debere ex  
his quae in mundo sunt. maiestati diuinae aliquid  
comparari. quia nihil de omnibus istis quae uidentur  
aut dicuntur. secundum hanc quod dicitur est. con-  
digna similitudine estimari potest. **¶** Quippe.  
cum ipsis intellectibus. & sensibus maior sit. & ideo  
premonui. ut tantum de unitate substantiae cre-  
deres. & uerum filium de uero patre cognosceres.  
**¶** De equalitate autem rei requirere non deberes. quia qua-  
le aut quantum sit. scire non poteris. Hoc enim

prophete hoc apostoli predicauerunt. Deniq; p̄  
 captu. pro uirib; pro fide. nam intueamur d̄s  
 quid sit & uideamus an ei possit aliquid conpa  
 rari. Certe hoc est d̄s. q̄d cum dicitur non potest  
 dici. Cum estimat̄. non potest estimari. Cum  
 definit̄. ipsa definitione crescit. quia celum ma  
 nus sua cooperuit. pugno omnem mundi am  
 bitum cludit. quem totam om̄a nesciunt. & me  
 tuendo sciunt. Cuius nominis & uirtuti famulat̄  
 hic orbis. & ipsa elementorum sibi succedentium  
 momentanea uicissitudo testatur. Hoc inquis  
 uide ergo si potest aliquid eē cui possit pater. &  
 filius comparari. quia talis est filius. qualis &  
 pater. non enim ipse unum cum patre se dicit. &  
 nisi talem se de patre. qualis est & pater sciat.

**R**atio quaedam que apud grecos nuncupat̄ logos  
 que inter patrem & filium. p̄sonas uel uoca  
 bula distinguit. quia & ipse filius ratio dicitur.  
**Q**ua & amen ratio. multis nominib; appellat̄. modo  
 uerbum. modo uirtus. modo sapientia. modo  
 dextra. modo brachium. modo margarita.  
 modo thesaurus. modo r̄cia. modo aratru.  
 modo fons. modo p̄ra. modo lapis angularis.  
 modo agnus. modo homo. modo uirulus. modo.



aquila. modo leo. modo uia. & ueritas. & uita.  
**C**um sit dī omnia in omnibus. ut per haec uocabula  
diuinarum dispositionum mysteria cognoscantur.  
non uispa maiestas filii dī proprie definita monstrat.  
hoc enim filius dī eo quod pater est. alius idem per quem  
facta sunt omnia. Nam ob hoc uerbum nuncupatur. quia  
semper in patre & de patre. & nihil sine eo pater iussit aut  
fecit. **V**isus dicitur. qui a patre deo est. & omnis potes-  
tas patris in ipso consistit. **S**apientia appellatur. quia  
non aliunde quam de patre ueniens. credentibus archana  
caelestia reuerat. **D**extra nuncupatur. quia per eam omnia  
diuina opera diuina perfecta sunt. **B**rachium dicitur. quia  
ab ipso omnia continentur. **M**argarita appellatur. ut nihil  
illo preciosius habeatur. **T**hesaurus dicitur. ut in ipso omnis  
operis diuinitatis regnorum caelestium recondite cognoscantur.  
**R**ex dicitur. quia per ipsum & in ipso de mari sedit diuersarum gentium  
multitudo. more piscium per baptismum in ecclesia congregat.  
ubi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. **A**rastrum  
nuncupatur. quia signo crucis eius dura pectora subiunguntur.  
ut necessario semini preparentur. **F**ons aquae uiuae appel-  
latur. quia ex eo sapientium corda caelestis aquae gratia irri-  
gantur. **P**etra dicitur. quia credentibus. fossitudo in  
credulis duritiam praestat. **L**apis angularis dicitur. quia  
utrosque parietes noui & ueteris testamenti. ipse unus & me-

diator in semet ipso continens copulauit; Agni  
 appellat ut innocentia xpi & passio demonstrat;  
**H**omo dicitur quia secundum carnem propter nos ho  
 mines nasci dignatus est; **A**gulus dicitur quia  
 propter nostram salutem immolari sustinuit; **A**quila  
 dicitur quia post uenerabilem resurrectionem ut  
 rex alium ad patris reuolat sedem; **A**eo est dicitur  
 quia ipse est rex regum qui mortem a diabolo  
 uirtutis sue potestate communit; **V**ia est quia  
 per ipsum ad patrem accessus est; **U**eritas est  
 quia mendacium nescit; **U**ita est quia ad uitam  
 & ipsum haec uniuersa significat; **V**ides ergo pro  
 ter haec uocabula significationes dispositionum  
 & operum diuinorum praestensas non tamen  
 ipsum proprie definitum; **E**st ergo deus pater  
 inmensus aeternus incomprehensibilis inestima  
 bilis; **E**st & filius deus & deus non tantus quantus &  
 pater sed non aliunde quam de patre; quia ego  
 inquit de deo patre exiui hoc est lumen de lumine;  
**S**ed ne ex eo occasionem aliqua hereticus rapiat  
 cum duo nomina uel duas personas id est patris  
 & filii statuo quasi duos deos ex diuersitate  
 confingam; **N**os uero patrem & filium ita no  
 minamus ut unum deum in his personis & nominibus confing  
 nem;

**U**iderint philosophi: uiderint heretici discipuli  
philosophorum: cum diis & hominibus, & cælis  
suis: apud quos ista numerus deorum pro testatum  
diuersitate uariatur. **N**obis tamen unus est deus  
pater: ut apostolus dicit. ex quo omnia. & nos in ipso.  
& unus dominus ihesus christus deus dei filius. per quem omnia &  
nos per ipsum; nam duo quid aliud intellegunt  
quam duorum pro parte diuersa substantia. & cum  
ipsis nominibus: diuersa natura agendi ac uiuan-  
di tam uoluntas quam imperia diuisa. **P**orro  
pater ac filius. & si diuæ personæ creduntur: ratione  
tamen & substantia unum sunt; Nam inæqua-  
lium societas: melioris offensa est. & iniuria ei  
qui uetus deus est. si ei non uetus alius comparatur.  
**D**ominus qui iniuste comparat uiolat. Cum autem ego  
patrem & filium statuo: unitatem generis ad  
signo; & si illa in personis diuisio: discretio tamen  
personarum: rursus eadem nomina in unitatem  
sui naturalis foederis lege consignat. **U**nde &  
tantus est filius: quantum uidebitur pater. **T**o-  
tus deo. integer de integro. perfectus de per-  
fecto. consummataque uirtute: sicut apostolus  
dicit. In quo omnis plenitudo diuinitatis corpo-  
raliter habitat. & hieremias receptissimus propheta

tarum hanc unitatem deitatis in patre & filio  
 sciens ait; **H**ic est dñs; & non deputabit alius  
 absq; illo; qui inuenit omnem uiam prudentia  
 & dedit eam iacob puero suo. & israhel dilecto  
 sibi; & post hæc in terris uisus est. & cum homi  
 nib; conuersatus est; & hoc ipsū predicat esa  
 ias dicens; **B**enedicet dñs dñ; fatigata est aegyptus  
 & negotiatio aethiopum. & saba in uis excelsi  
 ad te transiit. & tui erunt serui. & post<sup>te</sup> am  
 bulabunt uincti conpedib; & in te precabuntur.  
 qm̄ in te est dñs; & non est alius pro te; tu enim  
 es dñs saluator isrl; & non sciebam; **Q**uod ne puter  
 me eo sup̄cilio dixisse. quos abellius fertur. qui  
 ipsum patrem. ipsum filium p̄fitet̄. Non ita  
 nos totum in unam essentiam cogimus. ut aliorū  
 hereticorum fraude capiamus. sed quia ipso nomi  
 ne p̄sonarum. aut ueritas in discreta cognoscit̄.  
 & filius non genere sed p̄sona. altera patre nomi  
 natur. Proinde totum patri adscribimus. qđ est  
 filii. & totum filii. qđ patris est; nihil enim  
 non uidebit̄ patris. quod uidebitur filii. nec fi  
 lii qđ defenditur patris; quia unitas maiestatis.  
 non sinit deos plurali uocabulo nuncupari. quip  
 pe cum constet patrem & filium unum esse.

substantiis: unde uterq. unus dñs est dictus ;  
**I**llud ante cuncta mōū entes: nescit pater & fili  
us unum non sunt. In uicinia recurrit aucto  
ris interpolata natiuitas ; **H**oc enim placu  
it hereticis: ut dñs ille om̄ps. inuisibilis. inmen  
sus. degenerat & in filio ; non modo potes  
tate: sed & conditione mutata ; quasi non po  
tuerit pater de semet ipso talem habere filiū:  
qualis ipse ē ; **E**t proinde nos uerum filium  
de uero patre natum non factum unius substan  
tiæ cum patre defendimus ; & hoc ē quod  
greci homo ousion appellant. Id est alium  
ipsum ut audentia nominū personę fierent.  
non ut substantiam uocabula separarent.  
**S**ed ut omne mysterium heresis arti anę trada  
tur ; **C**ur no<sup>lunt</sup> filiū dī de patris substantia credi  
breuiter hinc imabo ; **Q**uoniam & enim cum sit dñs  
pater. om̄ps. inuisibilis. in conuerabilis perfec  
tus. semper idem. & æternus. filius uero uisibilis.  
quia sepe a patribus uisus ē. & conuerabilis  
atq. mutabilis. quia uariis figuris singulis quib; q.  
se se monstrauit ; quia si de patris inquit uir sub  
stantia esset. fieri possēt. ut & carnem adsu  
meret. & inuisibilis tamen atq. Inmutabilis

cerneret. sed potius in ea qualitate qua pater est  
 permanisset. ex cuius substantia erat; quia quod  
 de patre est. nec uideri. nec mutari. nec conuer-  
 ti posse credendum est. Accedit ad causam: quia  
 cum in lapsus est in mariam. cum uirginis uterum  
 obpleuit. aliud utiq; ex illa quam quod uenerat  
 natum est. Unde iam inquit corrupta sub-  
 stantia statum ueritatis ordinem perdit. Continuo  
 in mutatione ipsa formatus de deo in hominem.  
 de spu in carnem. & utiq; translatio omnis. inter-  
 emta est pristina; ac per hoc auunt; si filius de  
 patris substantia esset. posse & iam pater mi-  
 nor uideri substantia sua uel translatione. uel  
 fine; & perinde filium ex alia substantia cre-  
 dere maluerunt. quam ueritatis & mutari & uideri  
 posse. quia hoc de patris substantia credi non li-  
 ceat; hoc est. causa erroris; haec origo heresis  
 arianae dum non intellegunt uirtutem dei neq;  
 tantum sacramenti dispositionem agnoscunt. ut  
 deum humanis conditionibus compararent. quibus  
 primo in loco respondendum est. filium dei non ita  
 uisum ut de seruo sed ut homo poterat. deinde  
 in uariis figuris non mutabilem & conuertibilem  
 ipsum. sed esse hoc potentiam dei. ut cum se singularis

pro ut uult reuelare digno<sup>2</sup>. habitum mutae.  
non substantiam uertat. nec p<sup>r</sup>pria<sup>2</sup>tem quali  
tatis admittat. sed iuxta meritum uidentis.  
**S**temperamentum maiestatis adhibeat. **I**psam  
idem ut semper est in substantia sup<sup>r</sup>pria<sup>2</sup>tem per  
maneat: sicut scriptum est. non uocabis eos. & muta  
buntur. tu autem idem ipse es & annui non defici  
ent. **N**am & similia sunt ex his quae in hoc mundo  
uidentur. quae ex alio conuertuntur in aliud: ut  
desinantee quae erant. & hoc sunt quae retro non  
fuerant. ut limus cum in hominem figuratur.  
limus ee. iam desinit. ut lutum figuli. cum soli  
dat<sup>r</sup> intesta. ut lapis. cum dis soluit<sup>r</sup> in coctus  
in calcem. ut hastena. cum mutat<sup>r</sup> in uinum. &  
caetera. quae longum est recensere. **S**ed multum  
interest stulte heretice interea quae facta sunt.  
& eum qui fecit. **C**um omnia quem admodum  
uoluit fecit; quae autem facta sunt. ad scriptas con  
ditioni deseruiunt. **Q**ui uero fecit. suae uolunta  
tis & p<sup>r</sup>pria<sup>2</sup> iuris est. neque potest in aliud quam  
est aliquo cogente mutari. sed p<sup>r</sup> ut uult. & cui  
uult sese demonstrat. **N**am si angeli in figu  
ra hominum sepe sumi uisi. & tamen aliud non  
quam quod ee norunt. neque substantiam mutant.

cum formam humani corporis sumunt. quanto  
 magis ipse dñs qui omnia fecit. qui ipsis angelis. ut  
 hoc possint. sua institutione concessit. **H**uc acce-  
 dit. qđ filium dī ut iam dictum est ita uisum a pa-  
 tris. ad p̄bamus. ut non totum in illo qđ est dī  
 uideret. sed dispositiones rerum futurarū quae  
 suis quibusq; temporib; complenderant. in illo  
 p̄ imaginem cernerent. **N**am quis filium dī ui-  
 dere potuit ante quam conspicabilem materiam  
 quae ei conplacuit. adsumpsit. uel ipsum hominē  
 induere dignatus est. qui & si abrahā uisus est.  
 sed in forma humani corporis uisus est. quod sa-  
 lucā postremis temporib; in hominem uentu-  
 rus esset ostendit. **J**acob etiam alibi in angelo.  
 alibi aeq; uideret. in homine. qui ideo se in ange-  
 lo demonstrauit. ut nuntium se magni consilii  
 indicaret. **I**n homine uero. cum quo conluctatus  
 fuisse describit. ut imaginem future conluctatio-  
 nis quam cum ipso habiturus erat cum secundum  
 hominem aduenisset p̄spicue indicaret. **S**ed  
 ut dñm crederet. cum quo tanto certamine subfigu-  
 ra hominis luctabatur. **I**psit. homo uidens dñm no-  
 men accepit. **U**idienim inquit dñm facie ad fa-  
 ciem. & salua facta est anima mea. & utiq;



figurā hominis uiderat: quam dī dī filius induer  
rat; Moysi in tubo in flamma ignis apparuit.  
ut lumen credentib; incredulis iudicium ostende  
ret: quia xps credentib; salus est: non credenti  
b; poena: ut apostolus dicit. Alius odor uitae in  
uitam: Alius odor mortis in mortem; populū  
isrl in columna nubis p diem: & p noctem co  
lumna ignis quā illi itineris pcedebat: ut bap  
tismi gratia p nubem: & donum scī spī p ignem  
ostenderet; Unde & apostolus paulus in nu  
be patres baptizatos scribit: & spm sicut ignem eē  
apostolorum acta declarant; Uides ergo p omnia  
signa diuinarum dispositionum in honore dī  
patris. p ostensa: Non tamen ipsum dīm ut est  
proprie reuelatum; Deniq; cum mōses rogaret  
ut faciem dī pure uideret: quid ad illū continuo  
dixit dī; Non enim uidebit homo faciem meam:  
& uiuit; hoc ipso qd negat aspectus: claritas in  
dicat; que salica tanta est: quanta credenda est.  
que inuisibilis indicat; Cum ergo mōses qui  
salica celi ordines: mundi elementorum uices:  
totius deniq; orbis ornamenta dēgesserat:  
indicare expresserit; cui ipse dīs. testimonium  
omnium perhibuit dicens. Nemo erit exp

r

ph&is: ut seruus meus moyses: cui facie ad fa-  
ciem. & os ad os locatus sum. **D**um tamen  
pure uidere non potuit. **M**erito qui pro-  
ph&ia omnia dignus. sed non usq; adeo  
ut uideri dñi possit: qui homo tantò modo  
esset; & utiq; hic omnia fili uerba defen-  
dimus. quem in monte sina cum moese lo-  
cutum esset scimus: qui agendis expla-  
gendisq; rebus a patre aduenerat; quia omnia  
a principio p̄ ipsum ordinari & explicari & ma-  
nere conuenerant. ut habendi filii hæc p̄cipua  
ratio constaret; & tamen sic uis accipit  
ut ali cuius conspicabilis ut dixi materiam  
dispositione adsumpta uideretur: salua  
scilicet inuisibili tate eius: quam a conspectu  
omnium magestas inter fusa se posuit;

**N**on enim sic humanis aspectibus reuelatus est:  
ut tota in illo deitas appareret; sed ad uicē  
speculi cum conceptus in fra lucem suam uul-  
tus: quasi ad plenam effigiem hominis indu-  
dit: ut a maiest<sup>ti</sup>ate ei præeunte fulgore in fra-  
idua est: ut imaginem ueritatis non ipsū dñi  
propriæ demonstraret; **S**ic & cum homine  
induere dignatus est: non labem ad æternitati

R

intulit. ut sp̄s semutaro in carnem. sed ut cep<sup>sus</sup>  
tio hominis immortalitatem atq; aeternitatem  
caelestis uitae prestaret. Nam & si apostolus  
semet ipsum ex inanis seduct formam seruis susci  
piendo: non utiq; sic ex inanimatum accipimus. ut a  
liud quam quod fuerat idem sp̄s fieret. sed ut sepo  
sito interim maiestatis suae honore: humanū cor  
pus indueret: quo suscepto: salus gentium fieret.  
**U**tenim sol cum in nubibus egit: claritas eius conpri  
mitur. non occatur. & lumen illud qd toto orbe dif  
fusum claro splendore. cuncta p̄fundit: par  
uo admodum obstaculo nubis includit non au  
fertur. Sic & homo ille quem dñs saluatorq; n̄r.  
id est d̄s d̄i filius. induit deitate in illo non inter  
cepta sed abscondit. Deniq; cum se in monte pau  
lolum extra ipsum hominem ex tulisset: fulgore  
luminis eius p̄ene obcecati apostoli sunt: in  
terram quippe homines ceciderunt periclitati  
uita nisi eis dñs compresso rursus maiestatis suae  
honore ut misericors subuenisset: secundū illam  
sententiam scripturae diuinae dicentis: dñm nemo  
uidit. & uixit. Ut ergo claritas solis non usq;  
ad nos emicat uisus: sed sibi salua est. quia quod  
non uidet. infirmitas est n̄r. quae oculos nubū

texit obscuritas / ita & maiestas illa diuina  
 quaecum dixi corpus induerat: pbat se non suo  
 dextramento proprio latuisse fulgore: sed car-  
 nis ut dixi beneficio: cuius causa filius dī. filius homi-  
 nis esse sustinuit; Nempe enim de spu dī uirgo con-  
 cepta: & quod concepta hoc peperit: Idest dñi carni  
 & anime suae; Idest homini ut iam dixi personae uni-  
 tate sociatum: sicut ipse ait: Quod nascitur de spu.  
 sps est: quia sps est. & de dō natus est; sicuti & an-  
 gelus ad mariam uirginem dicit: Sps dī ueni &  
 uita: & uirtus altissimi obumbrabit tibi; **P**ropter  
 ea: & quod nascetur ex te sem. uocabitur filius dī:

**V**ides ergo ipsum uerbum ipsum dī filium uenisse in uir-  
 ginem: & dī & hominis filium pcessisse; Ne tamē  
 ipso indumento carnis dī filium esse mutatum.  
 sed eundem ipsum eē in hominem qui fuerat an-  
 te mundum apud patrem dī; p quem facta sunt  
 omnia: & sine quo factum est nihil: sicut in euan-  
 gelista ait: **M**undus p eum factus est: & inun-  
 dus eum non cognouit; Ceterum amentale est  
 credere posse ab eo liberari: qui ut liberaretur mis-  
 sus est: ut ad in mortalitate redigeretur: qui transit  
 ad mortem: qui ut nasceretur obpressus est; **S**ed  
 absit heretice: ut sensus tui iniquitas a catholicis.

admittatur. **N**os enim credimus inmuta-  
bilem & inconuerabilem sicut patrem & tra &  
sp̄m sc̄m & filium d̄i; quicum hominem induit  
non statū uertit. non ordinem p̄didit. non sub-  
stantiam inmutauit. sed indumento eiusdem  
corporis. ad æterno claritatis sue lumine inlustra-  
to. uirtutem ad nos p̄tramitē corporis eius lux  
sc̄i sp̄s & ad æternitatis gratiam redundat; quem  
& si passū credim̄ & sepultum. sed homo ille pas-  
sus est quem filius d̄i suscepit. quem induit. quē  
portauit. **S**ed quia totum ad auctorem refereba-  
tur. quidquid ille homo patiebat. ideo mors & pas-  
si d̄m dicebat; **E**st enim in x̄po sicut gemina  
& duplex diuina sc̄licet & humanaq. substantia. ita  
una eademq. persona; sed constat in mortale eē  
quod d̄i est. hominis quod caducū; **T**ertia quoq. die  
resurrex̄. non d̄i in homine. sed homo potius in  
d̄o. **A**scendit in celos. optulit patri suo huma-  
nam illam quam suscepit p̄ hominum salute  
naturam. gratissimum munus; confeditq. ad dex-  
teram patris. sc̄dm quod scriptum est. **D**ix̄ d̄ns d̄no  
meo. sede ad dexteram meam; **M**isit nobis sp̄m sc̄m  
de propria sua & ex una eademq. substantia. p̄ tecto-  
rē. signatorem. & deductorē in uitam ad æternam.

sicut scriptum est ex uo cedi; Effundam de spu s  
 meo super ser uos & ancillas meas; & iterum; s  
 sps ex me pro dia; & ipse dñs saluator q. noster. s  
 De meo inquit accipia; Ex eo utiq. qd est filius.  
 quia & filius de eo quod pater est; ex inde p rē fini  
 to tempore uenturus uiuos mortuosq. iudica  
 turus. ut reddat credentib; p rē mium. non cre  
 dentibus uero supplicia; Cuius regnum aeternū  
 in mortale. nec initium habet nec finem; Cuiē  
 honor & gloria in sc̄ta sc̄to p uo. amen.

**H**aec quae legi p dñm obsecro ne simplicitate sensus  
 in ambiguum torqueas. aut alias quam dictas ē  
 trahas; qui nos patrem. uerum patrē confite  
 mur. & filium dī. uerum filium dī. & spm sc̄m  
 uere spm sc̄m. **C**redimus; tres p sonas unius sub  
 stantiae. & unius diuinitatis confitentē; Sabelli  
 aū & fo tani. nec non & apu sectam & si qua  
 alia sunt quae contra regulā ueritatis ueniunt con  
 demnam; Nicens aū fido h tractatum. omni am  
 mi nisu ex tota fide seruantes amplectimur;

**N**unc enim tractatum scimus contra om̄s hereses  
 in uicta ueritate oppositum. amen.

**EXPLICIT DE FIDE S̄CI CREACORU.**  
**INCIPIT DE FIDE NICHENA.**

**C**redimus in unum dñm patrem omnipotentē  
& in unigenitū filiū eius ih̄m xp̄m dñm & dñm  
saluatorem nr̄m & sp̄m sc̄m dñm. Non tres deos sed  
patrem & filium & sp̄m sc̄m unum dñm eē confite-  
mur. Non sic unum dñm quasi solitarium. nec  
eundem qui ipse sibi pater sit ipse & filius. sed  
patrem uerū. qui genuit filium uerū. ut est d̄s  
de d̄o. lumen de lumine. uita ex uita. p̄fectum  
de p̄fecto. totum a toto. plenum a pleno. non  
creatum sed genitum. Non ex nihilo. sed ex pa-  
tre. unius substantiæ cum patre. Sp̄m uero sc̄m  
dñm. non ingentum. neq. genitum. non creatū.  
nec factum. sed patris & filii. semp̄ in patre &  
filio co æternum ueneramus. Unum tam̄ dñm.  
quia ex uno patre totum qd̄ patris est d̄s. natus est  
filius. & in patre totum qd̄ inest totum genuit  
in filium. pater filium generans. non minuit. nec  
amisit plenitudinis suæ deitatem. Totū aū qd̄ d̄s  
pater est. idē & filium ab eo natum certissime  
tenentes. cū sp̄s sc̄o unum dñm piissime confitemur.

**C**redimus ih̄m xp̄m dñm nr̄m d̄i filiū. p̄ quem om̄ia  
facta sunt que in celis & in terra. uisibilia & inui-  
sibilia. p̄pter nr̄am salutem descendisse de celo.  
qui nunquam desierit eē in celo. & natum de

spū scō ex maria uirgine, uerbum caro factum.  
 non amisit qd fuerat. sed coepit ee qd non erat. n̄  
 demutatam. sed dñm p̄manentem. & iam homi  
 nem natum. non putauit. sed uere. non aetium  
 sed corporeum. non fantasim sed carneum.  
 of sa sanguinem. sensum & animam habentem;  
**I**ta uerum hominem. ut uerum dñm. unum eundem  
 q; uerum hominem & uerum dñm intellegim.  
 ita ut uerum dñm uerum hominem fuisse nullo  
 modo ambigam̄ confitendum. hunc eundem  
 dñm nr̄m ih̄m xp̄m adimplere legem & p̄ph̄as.  
 passum supponit pilato crucifixum scdm̄ scrip  
 turas. terciadie amotus resurrexisse. ad sup  
 tum in caelis sedere ad dexteram patris. inde uen  
 turum iudicare uiuos & mortuos. expectam̄ in  
 huius mortem & sanguine emundatos. remissi  
 onem peccatorum consecutos. resuscitandos nos ab eo  
 in his corporib; & in eadem carne quam nunc sum.  
 sicut & ipse in eadem carne. quam natus. & passus.  
 & mortuus ē. resurrex̄. & animas cum hac carne  
 uel corpora n̄ta accepturos. ab eo aut̄ uitā aeternam.  
 premium bonum uita. aut sententiā p̄ peccatis aeterni  
 supplicii. *EX PL̄ DE FIDE NICENA. Incipit*  
*de penite coste. et de spū scō in ecclēsia*



**D**e sollemnitate huius diei pauca dicen-  
 da sunt. ut loquamur in spū. qm̄ quidem  
 alix alix sollemnitates geruntur. Cultori-  
 bus aū uerbi in uerbo est celebranda festiuitas.  
 Quid enim tam aptum & quiddam conueniens.  
 uel quidita laificat rectam & rationabilem  
 mentem. quae eorum que gerit accipere & ag-  
 noscere rationem. Adhibere ergo animos.  
 & quid sibi festiuitas ipsa uelit audite. Cele-  
 brantur & iam apud iudeos sollemnitates  
 quedam. sed secundum litteram. quia corpora-  
 lem persequens legem iudeus. in legem  
 spiritalem non potest puenire. Celebran-  
 tur & apud gentes. sed demonib; festiuitas  
 exhibet. Pro eo qd aut uitii alicuius auctores  
 sint aut ppter uitia & putia colantur. Idcir-  
 co & iam uitiorum & turpitudinū plenae  
 eorum ipsa sollemnitas. ut honorem dō suo pec-  
 cando deferant. & magis se ei commendant. ut  
 qui plus abundauerit uitii. Celebrat & iam  
 apud nos sollemnitas. sed sicut spiritui placeat.  
 id est ut uel dicam honestum aliquid. uel aga-  
 mus. & hic est n̄r festus dies. ut in animo ce-

thesauros p<sup>r</sup>terne aliquid & p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>ciuum recon-  
 damus. non ea quae p<sup>r</sup> transeunt & dissoluntur.  
 & ad presens tantummodo fallunt oculos. &  
 lenocinant. aspectu. & secundum meam senten-  
 tiam ad p<sup>r</sup>ntiam atq; interitum blanduntur.  
**S**ed sufficit corpori malicia sua. non indiget flā-  
 ma copiosiore materia. nec insolens bestia  
 abundantiorib; cibis. ut insolentior fiat. & ui-  
 lentius urgeat. Idcirco ergo spiritualiter ma-  
 gis est agenda sollemnitatis. Initium sane & causa  
 festiuitatis paulo altius rep<sup>r</sup>endenda est. licet ex  
 cessu quodam uti uideamur. sed gratū opinor  
 erit. his p<sup>r</sup>ecipue. qui historias ueterū n<sup>r</sup>oz  
 non ignotas habent. Apud hebreos sacramenta  
 aliquid optine & honoris. numerus septimanarū.  
 ut mo<sup>o</sup> tradit lege. sicut & postea pythagorici.  
 quartum numerū sibi magis sacratorem fecerunt.  
 in quo & iuramenta sui obtinent sacramentum;  
 sed & octauum numerū uel tricesimum  
 honorandū crediderunt. Tam simonis disci-  
 puli quam martionis. quib; numeris. totidem  
 aequae eonās uel seta ac mundos eē confirmant.  
 & alia quoq; nonnulla secundum suas. uel tra-  
 tiones. uel p<sup>r</sup> suasiones. numeri hui<sup>m</sup> referunt

R

sacramentum. **U**erum secundum hebreos ma-  
nifestum est. quia in sex dieb. dñi materiam mun-  
di substituit & formauit. ac p̄ species singulas  
quasq. discreuit & hunc quem nos uidem ex pli-  
cui mundum. septimo uero die requieuisse dñi  
ab operibus suis. sicut indicat & iam ipsa sabbati  
appellatio. que requiem hebreo sermone signi-  
ficat. **S**uero & aliam aliquam altiore & ex-  
cellentiore hac continent rationem. alius dō  
lib. philosophandū relinquo. **H**ic uero honor  
septimanę apud illos non in dieb. solum obser-  
uat̄. sed & iam in annis. Nam qđ ex dieb. obser-  
uat̄. istud est sabbatum. qđ frequenter & inde-  
finenter apud eos custodit̄. Anno tum uero  
septimana annum facit remissionis. & non so-  
lum septimana. uerum & iam septimanę septi-  
manarū obseruant̄. non solum in dieb. sed & iam  
in annis. & di etiam quidem septimanę gene-  
rant. quinq. gen̄simum diem. que apud illos  
uocata sc̄a dies dicit̄. **A**nno tum uero septi-  
manę. quinq. gen̄simum annum faciunt.  
quapud illos iubelans nominat̄. in quo similiter  
terre fit remissio. & seruorū libertas. & possessi-  
onum restitutio. que p̄ precio fuerant conparate.

**O**fferuntur enim apud illos non solum fructuum  
 uel nascentium sed & dierum annorumq; pri  
 mitiae. **H**ic ergo septagenarius numerus ea ob  
 seruatione quae superius dixim diem pente  
 coster. **I**dest sollempnitatem introduce quinquagena  
 genisimam. **S**eptem & enim septies multiplicata  
 quinquaginta ex se generant numerum adsump  
 ta uacue. quam ex futuri scilicet numero presum  
 tamee. maiorum auctoritas tradit, fit enim ip  
 sa & octaua semp & prima. Immo ipsa est semp  
 una quae est omnis dies. Necesse est enim sabba  
 tum animarum populique illuc occurrere.  
 atque ibi compleri. ubi dabitur pars his qui septem. &  
 pars his qui octo. sicut & iam antea nos quidam  
 classerent salomonis dicta sapienter expo sunt.

**D**e honore ergo septimanarii numeri multa quidem  
 testimonia in scripturis sanctis referunt. sed nobis  
 ex omni multitudine pauca sufficiunt.

**P**rimo omnium quod septem spiritus dicuntur sancti in quo  
 sine dubio uirtutes uel in operatione spiritus sancti esa  
 ias spiritus appellauit; sed & secundum dauid eloquia  
 domini argentum purgatum septies esse dicuntur.  
 & iustus quidem sexies de necessitatibus liberatur.  
 in septimo autem non accedit ad eum malum.

**P**eccator uero non solum septies sed septuagies  
septies si penitentiam ueniam promeretur & rursus econ-  
trario bona enim est & malorum poena. in Cain  
septies uindicta. id est septem pliciter poenas  
parricidii. **L**amec uero septuagies septies  
pro eo quod homicidium post propositam legem &  
post condemnationem homicide prioris admi-  
sit, sed & pessimi uicini septuplum in sinu suum reci-  
piunt. **S**upra septem quoque columnas domus sa-  
pientiae collocat. **L**apis etiam Zoroabel sep-  
tem oculis adornatur; **S**es quoque septies in die  
laudem dicit deo. & septimus ab adam enoc ad  
trans latusest. sed & abraham patriarcha uice-  
simus primus electus est. **T**riplicato septu-  
man numero. ut & hoc ipsum quod triplicatur  
formam maioris contineat sacramenta. **A**u-  
debit fortasse aliquis eorum qui ualde uiriliter  
audere in omnibus possunt. puenire etiam ad no-  
uissimum adam dñi & dñm ih̄m xp̄m qui ab illo  
priori adam qui factus est sub peccato numero  
septuagesimi & septimus inuenit. **S**ecundū  
generationes quas enumerat lucas ab inferioribus  
ad superiora conscendens. **C**onsidero quoque sep-  
tem illas tubas hieronime. & septem diebus circuitus

sacerdotum quibus murorum hiericho fundamē-  
 ta quatuntur & pugnaculorum molis antiqua  
 dissoluitur. **H**elias quoque septimum demum misso  
 ad specularandum puera inuestigum pedis nube  
 mouit & claustraceli que uerbis sui potestate fir-  
 mauerat orationum clauibus reserauit. **E**iusde-  
 m ut opinor sacramentum est & iam candelabrum quod  
 septem lucernas in templo uelut septem radios mi-  
 cat, in septem diebus pontifex consummat in lege  
 in septimana leprosus mundat. in septem annis  
 templum a salomone construit. & in septem diebus  
 dedicatur. in septima gentisimo anno populus de  
 captiuitate babilonia reuocatur. **U**t quod est in  
 monachibus hoc fit & in decadiis & perfectiore  
 numero multiplicentur & ipsa que perfecta sunt.  
**S**ed quid mihi ea quaeporro sunt dicere. **I**hs ipse  
 quiescit pura perfectio. sicut in deserto quinque panibus  
 quinque milia hominum reficere. sed & de septem pa-  
 nibus pascere quatuor milia & refectionis reli-  
 quas ibique dem in duo decim confinos. hic autem  
 in septem sportas recondere, quod utrumque non  
 sine ratione factum puto. nec sine spiritali sacra-  
 mento. **S**ed & tu apud te & ipsum relegens  
 & reuolvens quamplurima inuenies huiusmodi

in scripturis indicia sacramenti plurimum  
continentia. **Q**uod autem ipse presens tempus neces-  
sarium est. quamuis quod perfectum & integrum  
uel quod diuinius. comprehendere atque optinere  
minime possimus. ad certe quantum ualemus  
adsumimus. **C**elebrant igitur hebrei quinquagiesimum diem  
celebramus & nos sicut alia  
nonnulla quae ad nos ex illorum traditione  
perueniunt. quae apud illos quidem geruntur  
in typo. a nobis autem adimplentur in spiritu & ueritate.  
**H**ec de ipsius diei sacramento uel antiquitate dis-  
seruimus. sed nunc iam progrediamur ad cetera.  
**P**entecostes id est quinquagesime sollemnitate  
celebramus. & aduentum spiritus sancti & pollicitatio-  
nis christi exploramus fidem & mysterium magni  
ac uenerabile. **C**orporalia quidem christi accepe-  
runt finem. id est ea quae in aduentu corporali  
gesta sunt. **C**um paulo enim & sentiendum est  
& dicendum. **Q**uia & sic cognouimus christum secundum  
carnem. sed nunc iam non nouimus. **I**llis ergo  
exploratis. nunc incipiunt quae sunt spiritus. **Q**uae autem  
sunt quae fuerunt corporalis christi praesentiae.  
uirginis partus. uerbi in carne natiuitas. pre-  
sepe. panni. angelorum laudes. pastorum exultatio.

stelle cursus. magi adorantes. & munera offeren-  
 tes. herodis cruentus impuetos furor. fugatiū  
 in aegyptum. ac regressus. circumcisio. baptismi  
 testimonium de caelis; temptatur & iam inde  
 seruo. lapidat. prodiat. cruce adfigitur. sepelit  
 resurgit. ascendit; horum multa & iam nunc pa-  
 titur. ab his quidem qui oderunt patitur & fert.  
 ab his uero qui diligunt fert nihil omnino quae  
 ipsi patiunt. **Q**uoniam facit uni ex minimis  
 ipsi facit. & interim differt. uel inter inimicos  
 poenam uel suorum uindictam. Illis quidem pae-  
 nitentiae & conuersionis tempus indulgens.  
 suorum uero fidem & caritatem probans.

**I**n non deficiamus in tribulationibus & laboribus ago-  
 nis quae propter christum declinamus. **T**alia ergo sunt  
 quae pro christo uel gesta sunt uel geruntur. **Q**uae uero  
 sint spiritus sancti requiramus. **A**d eum autem dignetur ipse  
 spiritus sanctus & dare nobis uerbicopiam in quantum  
 cupimus. **C**erte uel in quantum temporis satis est.  
 & aures capere poterunt auditorum. **A**d e-  
 rit sine dubio. sed tamquam dominus. & non tamquam  
 seruus. non expectans uerbi ut quidam putant.  
**P**ro sententia ubi uult & quos uult & quantum uult.  
 inspirat. **S**ic enim nos despicit intellegere & dicere.

R



in spiramus ab spū. Spm̄ sc̄m̄ qui inter crea-  
turas adnumerant. iniuriosi serui & mali-  
ummo malorum pessimi. Quorum namq. est  
seruorum non agnoscere dñm̄. & conseruum  
ducere. a quo sequoq. sperent seruante liberan-  
dos. Qui uero dñm̄ credunt. participes di sunt &  
mente clari. Qui uero & credunt & nominant  
& predicant. si qui de fidelib. magni sunt & admi-  
randi. si uero infidelib. & indignis. minus indi-  
uini mysteris cauti. in luto margaritas spar-  
gentes. & in firmo auditui adhibentes sonum  
thonnitui. & oculis infirmis ingerentes solem.  
& cibum solidum lactantib. admoventes. Ope-  
ta enim paulatim eis quae perfectiora sunt aperi-  
re. & cum prius fidei intelligentia religione  
p̄fecerint. Tunc iam in luminatis adhibere lu-  
cem. & in ueritate ambulanti. scientiā com-  
mittere ueritatis. Propter qd̄ & nos p̄fectio-  
rem interim & excellentiore ad p̄sens dif-  
ferentes disputationem. Non dum enim temp̄.  
sed quantum ad p̄sens p̄ferre nobis est possibi-  
le. differemus. **III.** Siquidem neq. increatum.  
neq. extra omne temp̄. confitemini spm̄ sc̄m̄ uos.  
Qui aduersamini & resistitis. contratio spū agi.

mini Non possum enim non aliquantulum audere  
 in uos stimulos namque zelodum, si uero in hoc  
 saltem sanum sapitis. ut manifesta hanc de  
 clinetis impietatem. ut extra numerum creatu-  
 ratum. & seruilem ordinem sententiandum esse  
 eum qui uos liberos facit putatis. de reliquis  
 deliberate diligentius. & requirite uel cum ipso  
 spiritu sancto. uel certe nobiscum. Puto enim uel in mo-  
 dico esse uos participes eius. & ideo uelut cum  
 proximis iam in mo cum propriis libenter delibe-  
 rabimus. Aduerte ergo quod dicimus. aut date  
 nihil aliquid in medium seruitutis & domina-  
 tionis. id est inter dominum & seruum. inter dominum &  
 creaturas. ut ibi locum sancti spiritus requiramus. aut  
 si seruilem dare ei ordinem refugis & timoris.  
 non est iam dubium cuius debeat esse locus or-  
 dinis. id de quo querimus. sed nescio quare iterum  
 eum quem de natura dei esse creditis. dominum pro-  
 fiteri & iam sermone ac uoce non uultis. In syllabis  
 offenditis. & difficultatem patimini proferre  
 pro uocem. ea quae tenent & intellegit sensus. &  
 hoc uobis efficit porta scandali & lapis offen-  
 sionis. nihil mirum. hoc enim & christi factus est  
 multas. Verum sit istud humane fragilitatis.

infirmis non posse confiteri que credere te  
non potes diffiteri inuicem onerantia portem.  
compatiamur fratrib. in spū mansuetudinis.  
Non tam nos ipsos quam fratres & proximos  
**VIII.** diligamus. **D**ate ergo uos nobis credulitatem &  
uirtutem deitatis in spū & pronuntiationem uob  
nos concedimus uocis. **C**onfitemini naturam  
quibus uultis alius uocib. quam uultis uere can  
de, quam uultis infirme. patiemur. immo &  
curabim infirmitatem urām. extorquebimus  
nobis & furabimur aliquid desiderio nō mi  
nus aliquid dici a uobis patiemur. si tamen  
sciamus nihil minus credi, quamquam o' fo  
dum enim & uere foedum est. & p absurdum.  
mente & animo sanū sapere. **T**repidare autē  
& infirmari circa sonum uocis. & occultare  
thesaurum uelud alius in uidentem. & cū mens  
p'asit. uolle & iam linguam sanctificare. confer  
sione p'asit. **S**ed quid agimus turpe est & no  
bit id agere qd alios inuisamus. & cum illos cul  
pamus. in ipsa p'asit confessione angustos  
quosdam & nimis parcos. nos quoq. eisdē nos  
ma & ipsos angustis coartemus. **A**nus deitatis  
quos uos confitemini trinitatē. si uero aliter

uultis dicite uniuersę nature. & uocem dati uo-  
 bis a scō spū deprecabimur. **D**abit enim certus  
 sum. quid dedit quod primum est. dabit & qd  
 secundum est. **Q**uid dedit credere. dabit & con-  
 fessio. **P**recipue. si huiusmodi confessionem  
 spiritaliter reuerentur. & non diabolica p-  
 tinacia recusant. **A**liquid adhuc & planius  
 & breuius dicam. **N**eq. nos uel p̄is maiorā &  
 diuina p̄loquentes. neq. enim ad alta  
 contendit. inuidendum est. **N**eq. nos ar-  
 guamus. **N**os p̄ eo in quid nondum puenire potu-  
 istis. si quidem licet p̄ aliam uiam in uiam  
 & in idipsum diuersaculū conuenim. **N**on  
 enim uincere studemus. sed suscipere desideram  
 sit. quę discessione & separatione adfligimur. &  
 discerpimur. **H**æc uobis dicimus apud quos ui-  
 tale aliquid inuenim. id est quide filio di inte-  
 gre creditis & confitemini. quorum uitā & con-  
 uersationem admittimus. **N**ice sermonem  
 non satis conlaudemus. uobis ergo. **H**abentibus  
 spm̄ dicimus. ut suscipiatis ea que sunt sp̄s. &  
 non solum certis in imagine. uetum & iam legi-  
 time certis. quia nemo coronat̄ nisi legiti-  
 me certauerit. **S**icut & hoc uob̄ dissectim uis:

& conuersationis uestrę meritum mercedis loco  
dona. Confitemur quę crederetur meremini nā  
quobiscum & supra nos; audeo etiam aliquid  
amplius dicere. libenter pro uobis exclamabo  
uoce apostoli pauli. **I**ntantum uos amplector.  
intantum desidero. intantum reuereor & ad  
miror ipsum religiosum habitum uestrum & uultu  
totius abstinentię indicem. & honestissimos  
conuentus uestrōs. & uirginitatem specialiter mi  
hicaram. & puritatem uite. & purgiles in psal  
mis & canticis spiritalib; noctes. pauperum  
curā. caritatem fratrum. sollicitudinē pere  
grinorū. intantum hæc admittor in uobis  
& diligo. ut & anathema eēt xpo & condempna  
ri ab hominib; pro uobis libenter accipiam. tan  
tum uenite & estote nobiscum. & trinitatem  
unius deitatis communiter adorem. De aliis  
uero quid dicam qui manifeste mortui sunt.  
quos solus xpi est resuscitare amor tuus. qui so  
lus uiuificat mortuos. & uocat quę non sunt.  
tamquam quę sunt. arianos & eunomianos  
dico. qui sine causa locis dissident. cum p̄fida  
consonent. Conuenticulis separant. qui in  
p̄tate copulant. quiq; similes mihi uident.

oculis strabis. qui averti & auersari a se inuicem  
 uidentur cum unum uideant. & non in uirtu sed  
 positione discordent. si tamen discordie magis  
 argui debeant quam cecitas. Verum quoniam suf-  
 ficienter ad uos diximus. redeam rursus ad spiritum sanctum.  
**S**pro autem quod etiam uos quippe nos estis. quos in ui-  
 tati per uerbum. iam sequimini redeuntem.  
**S**piritus sanctus erat quidem semper & est & erit. neque inui-  
 tum ullum. neque finem habens. sed patri ac fi-  
 lio coaeternus. neque enim dignum est aut filium  
 aliquando defuisse patri. aut spiritum filio. esse &  
 enim in maximis defraudata diuinitas. & in-  
 glorium atque indignum ducere. **Q**uia ex peni-  
 tentia & preposterio consilio dei ad perfectionis  
 plenitudinem peruenisse. **G**ratia ergo semper par-  
 ticipium sui prestans. non ipse aliunde parti-  
 cipium fumens. id est qui repletur alios sui gra-  
 tia. non ipse aliunde repletur. **Q**ui perfectione  
 prestat & non accipiat. qui implet non im-  
 pleatur. qui seificus & non seificus. deos faciat.  
 non ipse fiat deus. inconuertibilis. immutabilis.  
 semper idem sibi ac patri & filio. inuisibilis. in-  
 temporabilis. incomprehensibilis. inestima-  
 bilis. **U**bi non qualitas. non quantitas. non

speciesulla. non corpus est, & semper ipso. ac  
semper uigens. libere agens. proprie potentis. Omnis  
potentis, a quo & ad prima omnium originem  
quiescit pater. sicut & uigens omnia. ita & iam  
omnia sancti spiritus referunt. hic & uita est. & uiuifi-  
cans. lux & illuminans. bonus & bonitas. spiritus  
rectus. spiritus principalis. quiescit dominus omnium.  
mittens apostolos. separans sibi ministros. tem-  
pla sibi ipse constituens. spirans subiugit. di-  
uidens donationes spiritus prout uult. spiritus adoptionis.  
spiritus ueritatis. spiritus sapientiae. & intellectus. & sci-  
entiae. & prouidentiae. & consilii. & uirtutis. & ti-  
moris dei. per quem pater agnoscitur. & filius glo-  
rificatur. & a quibus solus ipse cognoscitur. unus ordo.  
unus cultus. una ueneratio. una uirtus. una  
perfectio. & sanctificatio. & quid opus est pluribus  
uerbis. **O**mnia que pater est. haec est & filius.  
excepto eo quod unigenitus est pater; omnia que fili-  
us est. haec est & spiritus sanctus. praeter hoc quod unigenitus est  
filius. sed haec non substantiam separantes.  
sed erga substantiam discernunt. **N**ideo te here-  
tice contradictionis parturientem. sed ego  
cursum uerbi tenebo. **H**onoremus diem in  
aduentu spiritus sancti cohibe si possibile est parum

**Q**uid linguam tuam, de alius enim linguis dicere  
 communis tempus. istis caelestibus linguis. tunc  
 cedat paulisper lingua terrena. mouecerte. uel p  
 timisce igneas linguas, hodie dentis doctrinab.  
 crastino deuris calliditatib. differam, hodie  
 sollem nitatem nostram. Crastino foeditatem  
 uram curemus, haec mystica sunt. illa in mica  
 haec in excelsis. illa in triuis. hęc sobrus. illa  
 ebrus. haec studiosis. illa reseruent otiosis.  
**S**ed sufficit destruxisse contraria. tunc iam  
 qua nostrasunt constituamus. hic sp̄s sc̄i cui  
 in operatio primo omnium inest angelicis ordi  
 nib. caelestibusq. uirtutibus. & quaecumq. illa  
 post dñm. & circa dñm sunt. nec aliunde habent  
 pfectionis suę culmen uel illuminationis splen  
 dorem. atq. auersionem uel immobilitatem  
 ad malū. nisi ab sp̄u sc̄o. Tum deinde ad  
 fuit patribus & pph̄is, Quorum alii que  
 fierunt dñm. alii & iam cognouerunt. alii  
 & iam uero futurorum prescientiā meruer.  
 hoc sc̄o sp̄u mentem eorū informante. ut futu  
 ra tamquam presentia p uirtutem sc̄i sp̄i con  
 tuerentur. Sed & discipulis xpi non solum  
 ut in operans aderat. uerum & iam deitatis



potestate atq. auctoritate cuncta dispensans.  
Adfuit igitur & iam histertio put capere poterant.  
Temporum quoque distinctione seruata. idest  
ante passionem xpi & post resurrectionem  
eius iterum. Tertio etiam post ascensionem  
eius ad celos, & primae quidem eius presen-  
tia uirtutem indicant gratie sanitatum  
& purgatio atq. effugatio demonum ex ho-  
minibus. quam utiq. non sine scō spū apostoli  
procurabant. Tum deinde post resurrectio-  
nem manifeste dicit saluator ad discipu-  
los suos. Accipite spm scm. & insufflauit  
in faciem eorum. Tertio uero in linguis  
igneis adfuit. & haec est ista festiuitas qua  
nunc agim. prima ergo eius illa presentia  
paulo obscurior & celatior fuit. Secun-  
da uero iam manifestior. haec autem tertia  
euidetior & pfectior. quoniam non solum  
opere adest. uerum etiam substantialiter.  
sicut potest presto est. iam non ad scifi-  
candum. sed ut ita dixerim ad cohabitandum.  
**R**e enim uera dignumerat. ut cum nobis  
corporaliter aduenisset. & iam sps nobis  
corporaliter appareret. cum xps ad ipsum

ascen disce. ipsum descendere ad nos. qui uenit  
 quidem ut dñs in potestate. mittit autē  
 tamquam qui non sit contrarius dō. **I**stienim  
 sermones non naturam separant sed concor  
 diam docent. Propterea autē post xp̄m. ut u  
 nus nobis paraclitus. id est aduocatus uel  
 consolator nūquam desit. Idcirco autē alius  
 paraclitus dicit. ut aequalitatem nature ac  
 potestatis agnoscas. Alius enim hoc est ali  
 us. quia alius non dicit de eo qui alterius  
 generis sit. sed de eo qui eius dem sit substan  
 tiae uel nature. **Q**uid autē sibi uidet quod  
 in linguis uenit. sine dubio. ut proprietatem  
 suam & consanguinitatem quandā osten  
 dat ad uerbum. Quare autē in igneis linguis.  
 ut purgationem indicet. Non ut enim diuina  
 scriptura pignem fieri purgationem. cū dicit.  
 & purgabo te igni ad purum. & in aliis quam  
 plurimis locis haec inuenies designata. sed  
 & de dō hoc ipsum dicit. qui ad dñm ignis con  
 sumens est. Consumit autē sine dubio non sub  
 stantias quas ipse fecit. sed accidentem sub  
 stantiam malitiam. uel quicquid illud est qd  
 facitredi ex trinsecus adhaeret indignum.

**I**gnis ergo dicitur & ignis spiritus. Tu fortassis iterum indignatus. unitatem substantie suffocatus. sed uideris de hoc. quare & iam diuise lingue dicuntur. Propter diuersitatem gratiarum. quae erga singulos. secundum rationem fidei diuiduntur & dispensantur. Quare & iam seclisse dicuntur. regia est potestatis indicium. uel certe quod requies eius indicatur in scis. Quoniam quidem & di sedes cherubim esse dicuntur.

**Q**uare autem & locum in superiori designat. sitam non plus quam oportet curiosi uidemur. Arbitror in hoc ascensum & perfectum indicari eorum quid suscipere metuerunt. sine clubio. quod iam de terra eleuatus a terrena conuersatione sublatus. ad superiora scientiae uirtutisque conscenderant. Siquidem & aquas diuinas superiora suategere dicitur deus. quae aquae laudem dei & hymnum dicunt. Sed & ipse ihesus in superioribus mysteria celebrauit & communicat. his qui ad perfectionem inuuntur.

**S**ine clubio. ut hoc ostendat. quia in aliquibus quidem oportet & ad nos descendere deum. sicut & prius factum est ad moysen. in aliquibus uero nos ex surge. a terra & ascendere ad super

riora ut ita fiat communio quedam di ad  
 homines. & poculum misceat in terris nature  
 re. cum haec natura aquatior & ut ita dixerim  
 frigidior natura. id est quae elemento constat  
 & terra; dum enim in suo singula permanet  
 statu. Id est illa quidem superior in sua gloria.  
 haec autem in sua humilitate. incommixta est  
 bonitas. & in participata misericordia &  
 chaos in gens in medio. quod transire prohibe  
 at non solum diuitem ad lazarus uel ad  
 finem abraham. sed totam omnino creaturam  
 a creatore separare & excludat. Verum  
 ut dicere coeperam. iste spiritus predicatus est a  
 prophetis. in eo quod ait. Spiritus domini super me: propter  
 quod duxit me. & requiescent super eum septem  
 spiritus. & descendit spiritus. ad noe. & deduxit eos  
 spiritus sapientiae qui repleuit beseleel architec  
 tum. arce testamenti. & spiritus qui eleuauit  
 heliam in curru. & qui quesitus est ad heliseo  
 dupliciter. & de quo dicit. spiritus tuus bonus.  
 & spiritus principalis. quod auit post lapsum  
 erit & confirmatur. De hoc ergo & iohel  
 praedixit quia erit in nouissimis diebus. & ef  
 fundat de spiritu meo super omnem carnem.

**C**redentium scilicet & sup filios suos & super  
filias suas; & ita. **I**hs uero & iam glorificandū  
se ab eo sicut & a patre dixerat p testatur. & ea que  
a se nondum possunt audire discipuli ab illo  
post modum & commendanda & docenda esse  
denuntiat. hic sps & a creator est unū cum  
filio & creaturā substituens. & resurrectionem  
reparans mortuorum. Non mihi sed mihi pro  
ph&arum testimonius crede. Audi quid dicit  
dauid. **V**erbo inquit dñi celi firmati sunt. & spū  
oris eius om̄s uirtutes eorum. **V**idēs unū opus eē  
totius trinitatis uniuersam creaturam; **V**is aut  
& aliquid pro proprio opere audire sps sc̄i; **I**ob de  
signat. **S**p̄s inquit diuinus ē qui fecit me & sp̄s  
om̄ipotens qui docet me. & alius proph&ta  
**E**mitte inquit sp̄m tuum & creabuntur & re  
nouabis faciem terre. **H**ic auctor & pater ē  
regenerationis humane; persuadeat tibi de  
hoc quoq; sermo xp̄i dicens **N**em̄ posse  
uitroire in regnū celorum nisi renouatus fue  
rit ex aqua & spū sc̄o; **p** hunc primę natiuita  
tis maculę purgantur. **p**er quas iniquita  
tib; concipimur & in delictis genuerunt nos  
matres nostrę. **R**eformatione ac renouatione

caelesti. iste sps sapiens & pius si pastorem  
 inuenerit. psalmistam facit. ita ut psal-  
 lendo malignas demonas fugat. & eosdem  
 rursum reges statuit gentis electe. **S**ic  
 pratum inuenerit. sicamina uellicante.  
 prophetam facit. **D**avid atq. amos com-  
 memorauit. puerulum si inueniat. pru-  
 dentem senorem iudicem facit. & testise-  
 daniel quales uocat in lacu. si piscatores  
 inueniat. p. ipsos mundum xpo uerbi r. & ribus  
 sigenusq. piscat. astipula & nobis in hoc p. & rus  
 & andreas. & filii tonitruu doctrinis spi-  
 ritualib. intonantes. **S**i publicanum reppe-  
 rit. negotiatorem eum efficit. animum  
 atheum iudicat. **H**esternus publicanus. ho-  
 die euangelista. **S**i persecutores callidos inue-  
 nerit ac furentes. ut apostolatu transfere-  
 & facit paulum. p. saulo. & quantum prius  
 furebat ad eadem bonorum. **T**antum eum  
 ad pietatem reddidit ignium. **I**ste sps & man-  
 suus ac mitis est iustis. & exacerbatu ap-  
 catorib. **S**ed nos magis eius mansuetudinem  
 mereamur quam iracundiam. p. uocem confi-  
 tendo maiestatem eius. & in blasphemando diui-

nitatem. Alioquin si blasphemaueris in eu-  
in uenies eum non tibi indulgentē neq. in  
hoc seculo neq. in futuro. Propterea namq.  
& iam ego uobis paulo audacius praedico.  
& si quidem inculpabiliter dicimus gratias dō.  
si uero minus digne & ita gratias dō agimus.  
Deuotionem enim nrām tantum offerim &  
probamus. non & iam diuinitati lineas ac  
terminos clamus. ut scīficemur ex his quae dica-  
mus. & mercedem laboris nrī ex euangelii  
predicatione in nominis eius martyrio con-  
sequi mereamur. Loquebantur igit̄ uariis  
& diuersis linguis apostoli & p̄ferēbat̄ sermo.  
ignotus usq. ad p̄sens ipsi illis qui loquebant̄.  
**E**t hoc erat signum qd̄ in fidelib; populis olim  
fuerat prenuntiatum. Cum dicit. qui in  
aliis linguis & aliis labiis loquatur populo hu-  
re. & nec sic me exaudient dicit dñs. Sed re-  
quiratur in loco. quomodo unusquisq. audie-  
bant linguis suis loquentes eos magna laude.  
Atq. in hiis qui loquebant̄. diuersis sermonibus  
unius cuiusq. linguae hoc qd̄ dicebat̄ p̄ferēbat̄.  
destitit uerbi causa. unusquisq. eorum loquens  
una lingua. rursum intermissa hac iterum se

ad aliam conuertere. & inde iterum ad aliam.  
 & sic per multas uel per omnes linguas percurreret.  
 An in eo potius erat mirabile quod sermo eorum  
 qui loquebantur qualibet lingua fuerit pronun-  
 tiatus. unicuique <sup>audienti</sup> secundum suam lin-  
 guam intellegebatur. Ut uerbic causa uno  
 quocumque apostolo in ecclia dicente. necesse  
 enim erat tacentibus reliquis unum loqui. & ser-  
 monem unum ad auctum omnium peruenire.

**Q**ui sermo hanc in se uim habere. ut cum diuer-  
 sarum gentium auditores adessent. unus  
 quisque secundum suam linguam illius ipsius  
 unius sermonis qui ab apostulo fuerat pronun-  
 tiatus suscipere. & audire. & capere. & intellectu

**N**isi forte secundum hoc magis iudicatur audien-  
 tum esse miraculum quantum loquentium.

**H**ic autem qui ita loquebantur & iam ebrii esse ab inire-  
 dulis putabantur nescientibus. scilicet audire  
 sancti spiritus uoces. admiranda quidem fuit & illa  
 linguarum antiqua diuisio. cum ad turris  
 superbam & impiam constructionem male sibi  
 sociata iniquorum unanimitas concordabat.

**S**ed discessione uocis. atque ignotum sonum uer-  
 se impie conspirationis reprimunt conatos.

R



uero multo admirabilior est ista diuisio quae  
enim fuerat. tunc ab una in plures sibi in  
uicem ignotas discrepantesque diuisum id  
nunc pro plures ad unam concordem & conso  
nam reuocatur. & sunt quidam dona di  
uersa sed data & iam discretionis donum quo  
discerni & intellegi possit ab uno quod melius  
est. Sed ne illud quidem mihi inutile ui  
deatur quod ait dauid. **S**ubmerge dñe & diuide  
linguas eorum. quare quia dilexerunt  
omnia uerba precipitationis. lingua in dolosa.  
**N**umquid non manifeste per haec uerba indicat  
linguas quas nunc uidemus naturam deitatis  
& unitatem diuinae substantiae concidenter.  
uerum debet sufficere quoniam autem partos & me  
dos & elamites. egyptios & libicos. croce  
nos quoque arabas. mesopotamios quoque & me  
dos. capadoces ac deos dicit scriptura quibus  
loquebantur apti. Sed ex omni gente que  
sub celo sunt uideos conueniens putat pro  
quire quoniam isti sunt ex qua captiuitate  
uidei. quoniam quidem illa que in egypto fuerat  
uel in babilonia absoluta iam fuerat. **R**oma  
nis autem non dum uenerant in captiuitatem.

**L**ice & etiam & ipsa immineret: ultrax comissi  
 de saluatore piaculi. **S**up est ergo ut illa  
 intellegat captiuitas. que sub anthiocho fac  
 ta est. que utiq; non multis antea temporib;  
 acciderat. **H**ec autem commonuimus ppter  
 studiosos quosq; & historiarum memores.  
**S**iquis autem & aliusd confere aliquid potest ad  
 presentem festiuitate. **H**oc etiam nos ad nra  
 lucra suscipim; a nobis autem sufficiant ista que  
 dicta sunt. quamquam pro rei magnitudine  
 numquam aliquid sufficienter dici puto.  
**V**erum tamen temperemus istum auctorū  
 laborem. qm̄ nunc interim festiuitatis etia  
 corporaliter celebram; usq; quo ueniam  
 illuc. ubi spiritaliter totum constat. ubi  
 etiam rationes horum que nunc gerimus  
 agnoscam; purius & mani festius. in ipso  
 uerbo & dō dno nro ihū xpo. que est uera  
 & uia festiuitas & exultatio scōrum.  
 cum quo est dō patri gloria & potestas  
 in spū scō in secula scōrum. **AMEN.**  
**EXPLICIT DE PENITE COSTE ET DESPŪ**  
**SCŌ DICTA. IN CONSTANTINO POLI.**  
**INCŪ. DE INSEOR & IPŪ. DE LAPRO REVERŪ.**

stadiuſio qd  
 plures sibi  
 diuisum id  
 dem & conſo  
 am donadi  
 nis donum quo  
 bono qd melius  
 in inutile ut  
 rgedne & diuice  
 dilexerunt  
 nguandolosa  
 aſtaſ indicat  
 ura deſertat  
 ce conſiderat  
 a. partuſ & me  
 elucos: exen  
 enoſ quos & me  
 rpaſa quib;  
 ſerue que  
 ens puaſqui  
 captiuitate  
 negypto fuerat  
 fuerat. **Roma**  
 captiuitatem

**D**esiderabam uos ofiliu: quia & paxi men-  
sura desiderabar uobis. Certissimum  
enim nec dubito. qd in cordibus nr̄is  
estis ad conuueniendum. & ad conuocandū.  
puram gloriam fr̄s. quam habeo in xp̄o ih̄u  
dn̄o nr̄o. **H**oc enim mihi uisum est genus  
dedit sp̄s sc̄s. quos sp̄s mouemur ad uos. ut  
preparemus uos dn̄o. populum substan-  
tium. **N**id & ergo quanta fide p̄sumo  
mihi. affectum ur̄m meumq. concilio uob.  
& nihil mirum si in quib. unus est sp̄s. unus  
est & affectus. & in quibus eadem est fides. ac  
quasi caritas. **P**usienim quis & ipse diligit.  
diligisse non credit quia ex his quae ipsi pati-  
mur. promptius de aliis credim̄ & sentiamur.  
testem habentes archanum nr̄m. Alterius  
archanorum. & in tranos speculum gerim̄  
imaginis aliene. **P**ropterea nec patiebar  
abscedere longius uobis. & quidem ualde  
cupiens. urbanas istas declinare molestias. que  
ueniunt ex multitudine populorum. ex p-  
turbationib. forensibus. theatris. uoluptatib.  
inuriis. litib. querellis. clamorib. calumniis.  
ex his qui lugent & lugent. ex flentib. & in

sultantibus, potentibus, sepelientibus, laudan-  
 tibus, blasphemantibus, ex totius materia ma-  
 litiæ, & mundi istius uariis incertisq; per-  
 mutationibus, & non solum his, uerum & iam  
 istis ipsis quæ utiq; honesta & ueneranda sunt.  
 quæ erga tribunal hoc cui uidemur presidere:  
 & scâ mensam, cui ministrari gerunt, & in-  
 ter eos quæ ad proximam dō. Nescio enim si rec-  
 te ad proximam uisus, aut si non per unam por-  
 tam in palma. **U**erum tamen regressum  
 uobis, <sup>si</sup> uiquidem abstractus, sed tractus affec-  
 tus spū nos agente ad uos, qui tamquā a uerso  
 flumine raram remigis subigebam abeuntes,  
 in recta uero, uelut prono fluminis alueo  
 pueriter ferebamur, uere una dies tota uita  
 est hominis, ubi affectus constringit & con-  
 tinet diligenter, nec alii enim mihi uideatur  
 esse illud quod erga iacob gestum est, qui qua tu-  
 ordecim annis seruens <sup>ac</sup> syro Laban per duab;  
 uirginibus, non sensit laborem, **E**rant enim ei  
 in quibus omnes dies sicut dies una, pro eo quod dili-  
 gebat eas. **S**alices, quia in presentia atq; in o-  
 culis erat quod amabat, & uere cessat desi-  
 derari omne quod ad fruendum subiaco.

potestati. Sicut & quidam antenos dixerunt;  
ego ergo cum presens essem. minus ex affectu  
sentiebam laboris. cum uero uisus sum abstra  
hi ac separari. tunc sensi amorem. uelut dul  
cem quendam tyrannum; & nihil nouest;  
sicutum grauius fero & dolo plurimum armen  
tarius. cum agreste uiculus abcessit. uel pas  
tor cum ouis deest. uel auis si ferox auferat  
ex nido. quem parum preliquetat. Ita ut uel  
pastor acceptus fistulis ascendens summae  
cacumina montium. rupes ipsas & saxa reple  
at querellis. quo phoc uelut inuita errantem.  
ac se clamat ad gregem. si forte audiat. si forte  
sonus fistule per mulcentibus reuertat. Quod  
si acciderit. gratulatur magis de eo quam de om  
nibus. reliquis quorum sollicitudine non fue  
rat fatigatus. uel auis si repererit foris ad  
clamans uoces parulas. sparsisq; alis confouet  
& complectitur nudum. Quanto amplius  
putatur in esse sollicito pastori erga rationabile  
gregem. maxime. pro quo seria periculi aliquid  
periculi. ex quo procul dubio plus aliquid adsti  
mulum amoris accedit. maxime cum ego seria  
grauis istos lupos uerear. ne ubi absentem me

oportunitatem sectantes. inuadant & diripi  
ant gregem subreptiuis uerbis & psuasorijs.  
quoniam in publico & palam congregati ualent.

**T**imeo fures. timeo latrones. non postium sed  
aliunde ascendentes in presepia ouium aut clam  
furent. aut rapiant impudenter. ut uigulent &  
occidant & pdant. diripientes dirceptionem &  
animas comedentes. Sicut unus aut ex pphor.  
timeo ad poster<sup>ul</sup>am ne quis ea inueniat patentes  
ex his qui antea nri uidebant. & ingressus ut pro  
prius infidus & decipiat ut alienus. Oulgent  
& uariisunt illius qui haec instigat & operat  
astutia. & nullus est talis architectus in qe con  
structionis. nec aliquis talis est. sofista malicie.  
sicut aduersarius nri diabolus. Timeo & hoc.  
qd uideo. etiam canes affectare ad officium  
pastorale in quod & mirum uideo. maxime.  
cum nihil in semet ipsis pastoralis preparaue  
rint discipline. sed lamascantia & discer pere  
didicerint. & dissipare alienos labores. Quia  
facilius est semp pder. quam conseruare. &  
sic ait iob. homo nascitur per laborem. Labore  
fabricat nauis. p laborem constructur domus.  
punit uero hominem uel nauis submergere.

R.

uel domum incendere. opus potest esse oria  
inertis cuiusq; & otiosi. Unde nunc quidē  
magnum aliquid egisse se putent. qui canes ad  
uersum gregem uel aduersum pastorem in  
stigare conati sunt. qui certe non poterunt  
gloriarī quod unam ouem ad uilia domini  
ca congregauerint; non enim didicerunt  
benefacere. conturbare uero gregem. hoc & p  
ris turbo modicus facit. hoc accidit & p morbi  
alicuius languorem. facit hoc & bestia subito  
atq; ex improviso gregibus super ueniens.

**H**aecego timidus pastor. qui p multa circum  
specione & cautela. uelut segnis & desidiosus  
incusor. Sed non opto ex illis pastorib; inue  
niri. qui lac quidem comedunt. & lanis ope  
riunt. & qd crassum est uigulant. & labore  
conficiunt. uel in precium uertunt. & di  
cunt. benedictus dñs qm̄ ditatus sum. qui se  
me & ipsos pascunt. magis quam oues;

**S**ed ex illis opto inueniri pastorib; qui dicunt.  
quis infirmatur. & non ego infirmor. quis  
scandalizat. & non ego uxor. p sollicitudinē  
scilicet; qui dicunt. non quero quae uia sunt  
sed uos. & ex illis qui adurabant est uos solis p die.

& gelu frigoris noctu. **P**atriarche pastoris  
 opus istud est. cuius oues signatorum & quædi  
 dicerint in canalibus potat. ex intutione & con  
 cupiscentia concipere iurgatum; uerum ista  
 quomodo se habet. **N**ostamen quia uenimus.  
 reddamus nobis inuicem rationem. quid p̄fici  
 mus p̄ absentia. **V**alena inq. est non solum uer  
 bi & actus. uerum etiam totius temporis atq. ora  
 rum. uel momenti credere nos poscendosee ra  
 tionem. **V**os ergo indicatemihi uestri operis  
 p̄fectum. & ego in medium proferam quæ  
 cumq. potum & quædem in mem̄ & ipsum  
 conuersus philosophatissum. **V**os tamen quæ  
 spiritalis & altioris intelligentiæ uel a nobis  
 acceptum seruastis. uel a uobis inuentum ad  
 iecistis. uel de fide. uel de alius dogmatibus.  
 de quibus uobis sepe disserui. **R**equirō enim  
 non solum pecuniam quam comisi uob̄ domi  
 nicam. sed & augmentū faenoris exp̄o. **R**equis  
 forte ut̄m susceptum talentū aut in terrā de fo  
 dit. aut in sudariam conlocauit. etiam in super  
 argumentat̄ aduersum creditore. durum esse  
 hominem conquerens. & querentē que non po  
 suit. ac m̄entem que non seminauit.



Quid uero boni operis & laudabilis egeritis.  
inquirō. Siquid misericordie ita gestum est.  
ut operante dextra sinistra nesciat. uel certe  
siquid ita a uobis gestum est. ut luceret lux ustra  
coram hominibus. & glorificaretur pater ustrum qui in  
caelis est. ut ex fructu arbor cognosceretur.  
& ex discipulis probareretur magister. <sup>S.</sup> Quid certe  
ita gestum est. ut hi qui sub uetro euno explo-  
rare libertatem nostram. uel etiam hi qui con-  
uersationem fidelium desiderant percontari.  
uidentes quae geritis & qualiter geritis. dicant  
quia uere deus in uobis est. non solum quia recte  
a uobis & integre praedicat. uerum etiam pie ac  
religiose colitur & ueneratur. Sicut enim sine  
fine nullum opus bonum acceptabile ducitur.  
quoniam quidem multi humane glorie causa uel  
recte naturali instinctu boni aliquid agunt.  
ita enim fides sine operibus mortua dicitur. & ne-  
mo uos seducat in uerbis uerbis eorum quoniam  
facile indulgent pro uno solo. ut credat fidei.  
inimmo potius infidelitatis suae malo operi mer-  
cedes pessimas preparantes. Ego autem aposto-  
lici uobis uerbi auctoritate denuntio. ex o-  
peribus uestris ostendite fidem uestram. & exuber

tate fructuum quod bona terra sitis & optima  
 presta mini. nisi forte in uanum laborauimus.  
 aut in uanum seminauimus. Videte si est  
 in uobis manipulus habens in se uirtutem  
 facere farinam. si est in uobis fructus domini  
 cui horreus dignus. ut & nos talem terram  
 promptius & libentius excolamus. si quis in  
 uobis adfert centesimum fructum. aut si quis  
 uel sexagesimum. Certe ad uoluminum uel tri  
 cesimum. aut rursus e contrario. si quis a tri  
 cesimo. ad sexagesimum profectus. & inde  
 ad centesimum peruenit. sicut beatus patri  
 archa isac. postea quam magnus factus est.  
 inuenit centesimum fructum. sicut & illi qui  
 ibant ex uirtute in uirtute. & qui ascendunt  
 in corde suo disponunt. & cantica graduum  
 cantant. **Q**uero ergo fructum abundantem in  
 ratione uestra. lucra uestra uobis ex uobis me & ipsis  
 ad tentius exigo. erunt enim & uestra si sint uestra.  
**Q**uis ergo ex uobis confregit esurienti panem su  
 um ex animo. quis nudum coepit. & pere  
 grinum introduxit in domum suam. **Q**uis sanctorum  
 pedes lauit. quis tribulantibus subministravit.  
 quis ministrum altaris uel sacerdotem laudabiliter

egentem requisit. & nec indicantem penuriam  
pro uerecundia secundum uires refecit. ut absq[ue]  
q[ue] sollicitudine & occupatione: altaris minist[er]  
terio uacat. <sup>n</sup> haec enim omittenda sunt. er  
gatos praecipue: quib[us] digne ac merito exhibent[ur].  
**Q**uamau[tem] turpe est haec & nos exprobare: & uos  
non praebere. **S**ed non haec ideo communi  
ut ita fiant in me: sed uis est enim mihi mori  
quam gloriam meam quis euacuet: ut sine sum  
tum mihi permaneat euangelium. q[uo]d apud uos  
predico. **P**ropterea euangelizandi mihi necessitas  
inminet: haec au[tem] mihi gratia est ut sine sump  
tu efficiam euangelium. **S**ed haec diximus.  
ut uos discatis xpo[sto] facere pro ea quae uni ex mini  
stris eius factas. q[ui]a & ille pro me omnia factus est.  
quae ego sum absq[ue] peccato: idcirco ergo & iam  
minima quaeq[ue] quae in me sunt in se recepit.  
**Q**uoniam & omnia mea usq[ue] ad minimum recepit. & iam  
si tecto & hospicio communis. & iam si in  
dumento licet uinctum in carcere & decumben  
tem in lectulo uisites. **C**erte q[uo]d minimum est  
& iam si calicem aquae frigidae porrexeris. & a renne  
si linguam refrigeraberis. sic ut exorabat pau  
perem lazari diues cruciatus in poenis.

cui quid p̄ fuit in hac uita deliciarum luxus.  
 quid p̄ fuit esurientem & ulcerib. squalentem  
 lazarus dīspexisse. Idnamq. ei contulit. ut  
 ibi misericordiam lazari imploraret. nec tam  
 possit adipisci. Quare ego a uobis requiritur.  
 ista sunt; & scio qm̄ non confundemur neq.  
 cum a uobis discutimur. neq. cum in chedm̄  
 redditis rationem. In illa namq. die congre-  
 gant̄ om̄a que gerimus. illuc operant̄a & act̄.  
 & ipsa quoq. nos uerbant̄a p̄cedunt. non  
 uerba & iam subsequunt̄. & hoc est qd̄ dicit̄ p̄  
 ph̄etam. Ecce ego uenio om̄a consilia uestra  
 & actus uos congregare. & iterum. ecce homo  
 & opus eius & merces eius cum ipso. Parā uero  
 que sint que uobis de loco silentii & qui & it̄ de-  
 ferimus uos p̄bate. Nam quod aptum sit silen-  
 tium & heremus ad philo so fandum. doct̄ & he-  
 lias libenter carmeli montis rupe contectus.  
 & iohannes habitans in desertis. & ipse dñs ih̄s  
 actus quidem & gesta sua turbis & populis p̄te-  
 bent. orationes uero in silentio explent. & in  
 deserto; hoc nos edocent ut arbitror. qd̄ oportet  
 aliquantulū & iam a turbis populisq. sub-  
 tractum. tranquilla & qui & ior̄q. mente.

alloquidm̄. & reparare ac re colligere aduersus  
fluctuationib; sensum. Non enim ipse dñs in  
digeat silencio. neq; enim erat quoscederet  
qui repleat om̄ia. & ubique est. sed ut nos discerem̄  
ab eo & negotii tempus & ortu. **Q**uac ergo sunt  
quaenos uobis ex heremo deportamus. accipite.  
**C**upio enim sicut bonus negotiator & ex omni  
parte acquirere. uolens & iam ex hac mea nun  
dinatione uobis quoq; offerre siquid est lucri.  
**D**eambulabam semotus in litore. uergente iam ues  
per die; sole onamq; taliquadam refectioe.  
Laborum molestiam releuare; qm̄ quidem  
nec arcus distincto semper uero cordaq; distenta  
uulserit emissionib; sagittarum. nisi parum  
quid ad distinctione lxx & 2. **D**eambulabamigit̄  
in litore & peder quidem lenis; ferebant̄ in cersu.  
herebat uero uultus a conspectu maris. nec sane  
delectabilis habebatur intuitus quam <sup>uis</sup> soleat  
ē gratissim̄. **S**iquando in tranquillo silentio  
pupurantia micant aequoris dorsa. uel cum  
leni motu placidis impulsis lapsib; xilludat  
unda litoreib; ; sed quid erat tunc. ut uerbis scrip  
turae dicam uento magno flante mare insur  
gebat & infremebat. & fluctus ut sole fieri

intalib; alii quidem longe insurgentes & paulatim in aërem superbo uerticibus mescentes.

Tum deinde fracto impetu languidiores iam resoluebant adlitus. alii uero, proximis adliti scopulis, furoris sui spumas in altum resperso rore uetabant & nunc quidem conchae uel coelae exponantur eicci litibus. nunc uero eadem undis resorbentibus, nunc uero eadem undis resorbentibus uerrebantur. Quaedam tamen haerens tenacius inhaerentes immobiles permanebant. nihil protus, <sup>et</sup> inundationibus, patientes praeter hoc solum quod fluctibus, urgebantur. Ex hoc ergo aliquid ad naturam philosophiam traxi, mos enim mihi est, ad memorem ipsum singula quaeque reuocare, praecipue si quies mihi sit & silentium suorum animi motibus aptare quod uidetur in oculis. Sicut etiam nunc temporis habui quo scilicet & oculorum uisio, fixa mihi mentis eruditio, quasi non inquam aput memorem ipsum loquens, mare sit ut antea omnisque res humane multum autem in his est uelut salse cuiusdam amaritudinis, multum instabilitatis & incertae flant etiam hic spiritus, temptationes scilicet istae quae superueniunt.

ac diuersis in pulsiones rerum. Quod mihi  
uidetur beatus dauid considerans ex clamasse  
ad dñm dicens. **S**aluum me fac dñe qm̄ in  
trauerunt aque usq; ad animum meum. &  
liberame de profundo aquarum. & ueni in  
fundum maris & tempestas dimer sit me.  
**E**orum autē qui temptationes incurrunt. ui  
debantur mihi alii tamquam leues illae  
ostheorum teste huc atq; illuc distabi  
fluctab; & raptari & ne parum quidem in  
gruentib; molestas posse resistere. nullā  
uidelicet habentes in se melioris ac sobri  
consilii grauitatem. quo munita & roborata  
obuare possent supuenientibus malis.  
Alii autē parum quid non tam sua constantia  
obnata & resistere. quam firmiter. quib; q;  
& ualidiorib; adherendo. Alii uero uide  
bant mihi esse per se quaedam similis illi per se  
supquam aedificata sum. huiusmodi quia  
pienter instituta & eminentius ac ceteris  
illis uiuentis. qui humilem & terrenam  
ducunt uitam. inconcussi & immobiles  
pmanent & uel irident. uel miserent  
eos qui in pulsus fluctuum uolitant. in quo

aliud tamquam sapienter faciunt. Aliud  
 uero tamquam misericordes, apud hos  
 ergo tales uiros turpe ducitur. si qui forte  
 sit & constans absens ab malis. Vincat  
 aut cum uenerit & presentibus, cedat in rebus,  
 precipue fragilibus, & nusquam mansuris.  
 & si ante tempus quidē phibito suscit. in tem  
 pore uero ignauum se & desidem præbeat.  
 si aut si quis ipsum optimum putat & ath  
 letam. numquam descendens in stadium.  
 aut gubernatorem per babilē. sunt tranquil  
 litate gubernandi disciplina disputat.  
 in tempestate uero gubernacula non con  
 tingat. Verum quoniam in tales disputandi  
 deueniunt locos. & imagines uerbi in currum  
 presentibus, rebus satis aptas. Pius me forma  
 do lo sum quendam senem putat & uelim uo  
 bis indicare que sentio. & quidem faciam.  
 quoniam scio & sciam scripturam huius cemo di  
 uitas similitudinibus. ut mani festiora faciat  
 ea que uult hominibus indicare. Arborem  
 quandam ferunt fabule. que excisa magis  
 pululata & uirescat. & uelut certamen  
 quoddam aduersum ferrum gerit. &



silice nouum aliquid dicere renouata  
morte sua uiuit. & ueteri conualescit  
atq; aug<sup>2</sup> absumpta. haec quidem fa-  
bulę. quibus licent omnia mihi aut uideatur  
p̄ hanc imaginem illud indicari qđ uir  
eruditus & sapiens. in molestis & temp-  
tationib; reuiescit. & materiam quā-  
dam uirtutib; suis preberi putat. cum om-  
nia aequę pueniunt. & efficiunt ornatio-  
ri aduersis. cum neq; dextris armis iusta  
as extollit. neq; sinistris inclinatur & fran-  
gitur. sed semp̄ idem est in eodem p̄manens  
statu. immo & aliquando post tristitias  
clarior. sicut & aurum post fornacē lim-  
pidius inuenitur & purius. Ita ergo nos  
met ipsos preparari. ut si quis nobilitate fa-  
milie gaudet & generis. studeat etiam ui-  
morib; & disciplina nobilis apparere. ut  
& natalib; & industria clarus existat.

**I**gnobilis quis est secundum luti huius figmen-  
tum. si tamen magna aliqua differentia in-  
ter lutum habet & lutum eo amplius ho-  
nestis & liberis institutionib; nobilitatem  
sibi ipse conquirit; quam utiq; multo glorio-

siue est homini ex se genuisse quam ab alio  
 suscepisse. **T**riplicia namq. differentia con  
 stare ego pro sapiam generis puto. **N**am  
 unum illud est commune omnium homi  
 num genus. quo ex supnis ee coepim. scdm.  
 qd omis ex quo nobiles sum. qm quidem  
 ad imaginem di facti sum. aliud genus e  
 ex carne originem ducens. in quo nescio  
 quae aut quanta nobilitatis habenda sit  
 differentia. cuius una est omnib. eademq.  
 corruptio. **T**ercium est qd uel uirtute uel  
 nequitia queritur in quo tanto opior  
 quis uel nobilior uel ignobilior erit. quan  
 to aut offuscauerit in se aut excoluerit  
 imaginem di. **I**oue nobilitati studebit  
 omnis qui uere sapiens est. & uere philoso  
 fus. **Q**uartum au illud genus qd p coelical  
 los & car. gulas uenit. **T**um sermonem  
 dignum faciam. cum oram picturq. ali  
 cuius decorem in ceris & colorib. expressum  
 suspexero. uel adfirmatus fuero. **S**imilā  
 leonem esse uisam; uuenis quis est. osten  
 dat aduersum uitia fortitudinem suam.  
 & in hoc uita uuenitatis feruorem. ne uue

8  
115

r

rulib; errorib; cedat. sed maturitate pruden-  
tia lasciuam uincat & xatit. **G**ratulabitur  
procul dubio. de hac uictoria magis quam  
si fuisse in olimpiaco certamine coronat.  
**V**incit enim in illo stadio uel theatro. in quo  
humana certamina angeli spectant. & co-  
rona eius nulla senectute marcescat. habe-  
bit namq; non parui temporis sed & eternam  
securitatem. cum de hoc certamine coronat  
abierit ad regionem uiuorum. ubi iam  
non est in maturus & senex. sed omnis in una  
plenitudine xpi aetate pfectus sunt. **D**eco-  
rus aliquis uultus est. & forma pcepta uis. ob-  
seruata ne inferior sit & deformior in aetate  
decere. **H**aec enim forma marcescit & ppe-  
rit. **I**lla uero in aeternum manebit. **D**efor-  
mis qui est ex teriore uultu. sed interiore  
decorum faciat & ornata. **S**icut in horren-  
tib; spinis flagrantissimi & decori gestantur  
flores rosarum. nam & illud quod scriptum est.  
**D**ecorus forma sup filios hominum. nullo ge-  
nere prorsus ad exteriorem. sed totum ad in-  
teriorem hominem respicit. **R**obustus est  
aliquis & uegetus. ab utraque fortitudine corpore

adoptiva & honesta officia infirmos uisi-  
 tant. in quibus redarguent. in uerbo di fidu-  
 cialiter agent. iouuunt. & uigiliter diffusio-  
 rem materia corporis attenuant. humi-  
 requercent. caelestia simul terrenaq; con-  
 siderant. nihil firmum uel securum in pre-  
 senta uita conlocant. sed uelut diem p-  
 singula sperant. **E**ger quis est & infirmus.  
 repugnet. qd & si uincit. in eo uincit qd iam  
 non habet pugnam. **D**iuer quis est. studeat  
 dispensare diuitias. dare indigentibus. ex his  
 quae habet. fiat tamquam aliorum dispen-  
 sator. ut & indigentes misericordiam conse-  
 quantur. & ipse sublati se medio his quae ob-  
 stabant adiungat. addm. nihil habens nisi  
 crucem suam & corpus. **P**aupe est quis. sed  
 in dō diuertit. quin immo & inrideat diuiter  
 facti. qui quanto magis adquirunt. tanto am-  
 plius indigent. uelut si ppter ea bibant. ut si-  
 ciant. Et si ne quis speret. curru uolantibus celi  
 ad dō pasci. quae neq; seminant neq; arant.  
**C**erte <sup>ut</sup> <sup>h</sup> curru uelut credant se apud sara-  
 pthenam uiduam nutriendos. ubi capsaces olei non de-  
 ficiat. nec ydra farinae minus. sed uentis

R

pennib; utraq; ministrabunt ad aeterna  
gloriam uidye hospitali. ut pascere eum  
a quo pascere. Sicut quif. fontib; utatur  
& fluiuis. & utat poculis absq; mensura  
ministratis. **F**rigore laborabit. hoc &  
paulus. sed & adtem pure est aliquod & saxi  
indumentum. doceat iob dicens. & qui  
non habebat tegumentum saxo adoperiebat.  
**C**onsidera & iam illud. qd ad pfectionem px  
ingest iste quitalis est. Cum enim maledicti  
fuerit uince. non enim reddat maledicta  
p male dicit. persecutionem si patit tole  
rabit. **B**lasphematus deprecabitur. Cri  
minatus. orabit. Si in maxilla palma fue  
rit percussus. prestabit & alteram. ut cedente  
doceat patientiam. & opere doceat qui non  
optemperat uerbo. Exprobrabit hoc & xpi  
erit illi gloria si socius efficiat passionu xpi.  
& iam si samaritanus audiat & iam fide  
monium habens. illud audiat homo qd in  
gestum est do. Immo uero & multa adhuc  
desunt. & iam simulta patiat. Numquid  
a caro ac fel<sup>le</sup> potatur est. Numquid coro  
nam spineam gessit. Numquid sceptru

calamitenuit. Num quid circum datus est  
 cocinea clamide. Num quid corymbus. Num  
 quid clauis. Num quid latrones dextra leuaque  
 confixi & praereuntium exultatio. Sed opor-  
 tebat & in hoc plus habere dñm in quo plus pa-  
 tientiae in contumelias habet. Nihil hac in-  
 stantione praecelsius. Nihil hac philosophice  
 quae in xpō est clarus. Quomodo enim po-  
 test teneri qui nudus est. quae uis opō lentia  
 uinci potest magis quam xpī anī philosophi nu-  
 dias. Monachus quidam est in deserto remis-  
 sus & liber. inridens quoque multitudinem ur-  
 bium. & uirga exactorum non audit. Uniq-  
 uo cornu est quidam animal qd̄ suis legibus uiuit.  
**I**de quo ait ad iob. Num quid uolens tibi seruire  
 unicornis. aut alligabum ad praesepe. aut  
 sub iugum tuū accedat. Sed & si ab omnibus  
 quae in terris sunt excludat. Tunc oriam ap-  
 tat sibi alas sicut aquila. & reuertit̄ in domū  
 eius qui fecit eum. id est ad dñm p̄grā. Dicam  
 adhuc aliquid breuiter. Duo sunt in caelo qui  
 teneri non possunt. Ds̄. & angelus. tertium  
 uero est in terra xpī anī philosophus. uelut  
 quidam incorporeus est uiuens in carne.

in aereum scriptus est incorpore. in terra  
caelestis est. in corruptione impassibilis est.  
in omnibus cedit. in omnibus vincitur. praesens  
in animis libertate. & in eo magis vincit  
in quo omnibus aufertur quia duo lateribus  
cedit. Quia ergo philosophus christi animum nostrum  
sermo descripsit. aegenos quoque apertum nos  
in se ipsos ad similem vitam. & nostram  
spem in huiusmodi institutionibus contem-  
plamur. ut si forte ueniant ad nos qui de se  
nos gratis. & qui tota die impugnant nos. in-  
ueniant nos etiam si non perfectas in disci-  
plina. ad certe in tali exercitio meditantur.  
ut uel propositum reuerentur. si non dum per-  
fectionem operis propter timent. Quid enim  
omni nos est. quod patitur homo pro homine potest.  
pro meditemur apud nos in se ipsos semper.  
& ipsi nos probentur octentium confitemur;  
in perit nos & insipientes appellabunt.  
unam sapientiam non uis. amorem domini. quoniam  
principium sapientiae amor domini & finis uerbi  
audire omnia & amere deum; et salamon qui  
est sapientissimus dicit. si uero hanc a nobis  
sati querunt sapientiam. pauli ad eos sermo habet

respondeamus. Quia stultici fecerunt sapien-  
 tiam huius mundi quia nec prius potest quis  
 sapiens effici apud deum nisi stultus fiat in hoc  
 mundo; sed paupertatem & penuriam exprobra-  
 bunt. isti sunt diuites. istud me non solum  
 gloriantem sed & adrogantem facti; uideo  
 enim mihi hoc audire ab inimicis. qui aucta-  
 gur illius incedam. qui propter nos pauper factus  
 est cum diues esset; atque utinam exuere me  
 possim & iam istis ipsis pannulis quibus circū-  
 dari uideo ut nudus effugerem spinas seti.  
 que trahunt ac reuocant per gentes ad deum. Uti-  
 nam oram aut graue istud corporis indumen-  
 tum citius deponerem. ut leuiore induerem  
 & puriore. patria ad domo fugitiuos uocabit.  
 parua de nobis sentiunt. uere inuidiosi sunt.  
 habemus enim nos patriam non hic manentem.  
 est nobis nulla in hoc mundo domus. Ipsi  
 ut uideo non sunt hospites. neque peregrini  
 super terras sicut pater noster. Non uos laudo glo-  
 riantes de huius mundi proprietate. Uideo ne-  
 de illa uera patria decidatis. & illius pere-  
 grini & alieni in ueniamini. Cuius nos  
 ciues inueniri cupimus & optamus;



**S**enectutem nobis & fragilitatem corporis  
si exprobrent. doceamus eos. quia non omne  
quod materia corporali deest. uel senecta  
temporum. uel tabo infirmitatis absumta  
est. Aliquantum ex ea ora cogitatio futu  
ri iudicii & aeternae spei sollicitudo con  
sumpsit. ut etiam nos parum aliquid glo  
riamur. Audiu enim paulum dicentem.  
quod caro & sanguis regnum dei possidere  
non possunt. Quo ergo mihi taurina  
carnes nutrire. & corpora pingua aruina  
distendere. ac secundiorum corruptelae  
materiam preparare. Sed ais mihi. quid  
si uos ipsos qui praesertis sedibus. aliqui depel  
lat. & ad docendi cathedra excludat.

**N**on contristabit hoc illum. qui ad hoc inui  
tus adductus est. si minus edocet. quam mag  
no perire reuincendum sit. quod tam indigne &  
impudenter expeditur. Tum deinde quis  
umquam qui secundum Christum sapit. qui euan  
gelium cepit esse discipulus. De primatibus liter  
mouebit. habentem Christi regulam. quae de in fi  
mis placendum discernit. Quamuis nunc  
e contrario propter primatum moueantur omnia

& p̄ turbent. atq; orbis terrę bellis ecclesiasti-  
 cis quatant. ita ut penam discipuli xpi p̄  
 quibus dñs ma gestatus crucifixus est. omisso  
 dñi nomine. & nomine nouo quo appellatur.  
 humanis nominib; censentur. Nos autē  
 qui p̄sumus. non utiq; ex locorum sed ex mox  
 nobilitate innotescere debem. neq; urbi  
 claritate clari effici magis quam fidei puri-  
 tate. Sed quod est infeliciter diligenter nota-  
 m̄ quis ad dexterā sedeat uel quis ad sinistra.  
 quis uero mediis. & quis excelsior. quis uersus  
 confidat humilior. uel quis precedat. quis  
 autē simul incedat. Quorum omnium obser-  
 uatio quam plurimam contritionem dñi se-  
 desus generauit. & multos in interitū pre-  
 cipitauit. atq; in hedorum sinistram partē  
 dōr sit. non solum ex populis. uerum etiā  
 ex ipsis doctorib; & magistris. quicum do-  
 ceant ista. ipsi hęc ignorant. Quod etiā  
 si nos ab altarib; phibeant & excludant. scio  
 aliud altare cuius sp̄um gerat altare hoc  
 qd̄ habet in terris. sup̄ qd̄ altare acisculus  
 non ascendit. nec pollutum est nec audita  
 est uox ferri sup̄ eum uel aliquid in eo arctis.

aut uariis atq; effectum est. sed omnino in illo  
opus mentis est p̄scientiam fidei ascensus.  
Sibinc unq; excludor. a stabo & ministrabo  
illi altari. Ibi offeram hostias & oblationes  
& holo caustomata. Ad illud altare. qd̄ in  
sp̄u intuent magnus ille cōd̄ uerurdi filo  
sophus dicebat. Inq; ibo ad altare d̄i ad d̄m  
qui l̄ḡificat uuentutem meam. Ab illo enī  
altari non quilibet eiciendi me habebit po  
testatem. s̄t <sup>de</sup> ciuitate depellent & effugabi  
numquid & de celesti urbe hierusalem. que  
est mater omnium n̄r̄orū depellere poter  
uel fugare. Facultatib; defraudabunt quib;  
meis. facilius mihi alas incident. quas non  
habeo. si aū ecclesiasticis. hoc utiq; est p̄ quo  
omnis pugna & p̄ quo omne certamen.  
aut ignoram̄ qui app̄ecun̄e cupiditatem  
& loculorum fraudem. & iam ad p̄ditionē  
proficiū xp̄i. & triginta argenteis d̄n̄s mee  
restatis ad p̄orat. tanto p̄p̄io non d̄n̄s.  
sed p̄ditō dignus est. Dum nos excludent.  
ministra imp̄dent. officia prohibebunt.  
amicos auertent. Valde enim & amicis  
& domib; grauis est uita philosophi. Immo

uero recusantes hęc magis possum & debe  
 mus ledere quam abutentes quasi non suf  
 ficiat unius religioſe uicium domi talis ali  
 qua qualem illam deſerpta commemo  
 ramus. que ſimplicem uicium religioſo  
 dependat officio. Pro qua & nos dicamus  
 de illi dñi inuenire miſericordiam ad dño  
 in illa die. amici autē qui fideles ſunt & boni  
 nunquam recedent. qui in fideles ſunt &  
 ſimulati non tam recedent. quam arguent  
 & apparebunt. quorum utraq; genera de  
 ſignatis pphā in pſonā dñi dicebat. Ami  
 ci mei & proximi mei. Aliquidem manifeſte  
 aduerſum me ad p̄p̄tauerunt & ſteterunt.  
 Alii autē humaniſ de longe ſteterunt. & ipſe  
 dñs ait. in hac nocte om̄i uos ſcandalum pa  
 tiemini in me. paulo minus & petrus ne  
 gavit. Quid ergo eſt nolite credere in ami  
 cis. & in fratrib; nolite confidere. Sed quid  
 dicendum eſt. Si conſiſtāt aduerſum me  
 caſtra non timebit cor meum. Si inſurgat  
 in me proelium in hoc ego ſperabo. & in  
 tantum in hiſ omnib; que patior ab inimicis.  
 nullus morietur nullus morietur in clamat.

R

ut meis merorib, derelictis. illos ipsos qui  
haec inferunt lugeam. Nos ergo honora  
biliam tibi & ueneranda membra xpi po  
pulus eius & oues gregis eius. in omnibus  
temptationib, & aduersum omnem uir  
bitatem luporum. his uos meditationibus  
roborate. nec perdatis umquam ouile. **ur̄m.**  
**N**ouella namq, est congregatio ur̄a. & uideat  
ne prius quam congregemini. dissipamini.  
& dissepemini. sicut boues remissae de uin  
culis. ut efficiamini in exterminatione  
subito. ne & uos excidamini. & nobis dolore  
grauissimum generetis. ne simplicitatem  
pastoris. ad subuersionem gregis abutami  
ni. & accedat uobis qd scriptum est. per  
dicionatus isst quis subueniat. & quibus  
utat postmodum medicamentis. quibus  
alligaturis. ut re conuungam & conglutinet  
dissidentia. quibus sermonibus. quibus oratio  
nibus. quibus lacrimis deflebo contritione  
tuam. **A**eternitatis ueneranda. perfecta  
q, a nobis tota fide coleris. & adoraturis. tui  
est hoc opus. tua quoq, sit & iam tota perfectio.  
tu & istis constantia & nobis patientia dona.

& istos ad concordiam. & nos ad tollerantiam  
 firma. ut & nobis laboris nostri indeclinabi-  
 lem spem. & istis fidei. & perseverantiae  
 premia digna vestituas. in luminant  
 eos perfecto & integro & purissimo lumine  
 sapientiae. ut intellegant & agnoscant  
 quomodo in ipsa sancta trinitas unus est deus.  
 & quomodo in se deus trinitas ueneratur.  
 quomodo ingenitus. & genitus. & procedens.  
 una natura est. tres proprietates. & unus deus.  
 quae sit super omnia. & per omnia. & in omnibus.  
 neque augmentum neque inminutione reci-  
 piens. neque diuisionem ullam capiens.  
 qui nunc quidem ex parte agnosceris. & ex  
 parte requireris. **P**ortassis autem quandoque  
 uel totus. uel certe multo amplius quam  
 nunc cognosceris ab his. qui te recta hic que-  
 sierint uita & fide probabili. tibi gloria  
 & potestas in secula seculorum. amen.  
**E**xpliat de in seonia & ipsua  
 de agro reuerso. **I**ncipit de he-  
 reona dicta presente in pe-  
 tope. **I**ntercedens pro quodam  
**P**erri **C**litan **T**e.

**V**entrem meum uentrem meum doleo.  
& sensus mei turbati sunt. ait in quibus  
dam locis sermo eorum suorum. hieremi  
as eximius ppheta & plenus mi  
sericordia & deflent populi isti in  
credulitatem qua alienus efficiebatur  
ad dō. Ventrem in hoc loco animā suā  
nominans. tropicus legib. Ita enim in  
multis locis scē scripturę reperiet. siue  
pro eo qđ occultus est & inuisibilis in  
hominib; uenter. & aequat anima. a con  
spectu lata. & siue quia similiter susci  
pit uerbicubos. & p singula queq; membra  
dispensat & diuidit. Quod enim ag  
itur in uentre. hoc & uerbum gerit in ani  
ma. Sensus autē quos sibi dicit eē turbatos.  
puto qđ motus & cogitationes anime dicit.  
& eos precipue motus. quos ex sensib; corpo  
ralibus capit. Pro quib; precipue iusti  
quiq; p turbant & dolent & pbumantur  
miserius inflammant. siue corporales  
qui sensus intellegat quos dicit eē turbatos.  
non mihi uideat̄ satis errare. Eo quod sc̄i  
& oculis & aurib; uidentes & audientes

mala per turbent & indignent. qui utiq;  
 desiderium gerunt uidere illa quae oculis  
 non uidit & audire quae auris non audi-  
 uit & cogitare quae in cor hominis non  
 ascenderunt. Verum quo quo modo qd  
 accipiat. dolet iustus uentrem suum  
 & perturbatur sensibus suis. dum ferre non  
 potest quae patitur igit. quemcumq; illum  
 uelut intellegere igit. siue cum qui secun-  
 dum carnem est. siue cum qui secundum spm.  
 p quo pphoea & iam fontem lacrimarum  
 requirit. & mansionem ultimam in deserto  
 & secedere ad loca deuia cupit. ut aliquan-  
 tum tristitia de quo quae & internum  
 doloris uulnus <sup>& h</sup> & p qui & em & silentium.  
 lamentans igit. Eadem quoq; & iam beatus  
 dauid in angustiis positus paulo ante dicebat.  
 quis dabit mihi pennas ut columbe. & uola-  
 bo & requiescam. Columbe pennas requi-  
 rent. tamquam leuior & uelociores. Vali-  
 b; enim motib; scilicet agunt. siue phoe scilicet sps  
 gratiam uel adiuuenta deponant. p quem  
 solum possibile est effugere mala. ut & ipse  
 p gratiam sps adiuuus & euect. longe efficiat.



ab ingruentibus malis. Tum deinde  
quod unicum remedium inuenit in ma-  
lis adest spes. **E**xspectabam in quodam  
qui saluum me faceret apud sillo animo  
& tempestate. Quod in alio loco facere  
inuenit. uolo ceterum in eorum remedia  
providens. simul & nobis optima prebens  
magna numerat exempla. abnegauit in-  
quid consolari animam eam. **U**ider sermo-  
nes taedi & desperationis. **N**umquid  
non pauescat animus & contremiscat au-  
ditus. cum se dauid in taedi & meroribus  
abnegat. posse curari. quid ait non sermo  
tibi. non amicus. non propinquus. non con-  
siliarius. non condolens. non conpatiens.  
non aliquis suarum miseriarum exempla  
proferens. uel certe ueterum casus & gesta  
commemorans. uel nouella proponens. **S**iqui  
forte & iam de grauioribus liberati sunt malis.  
sed omnia desperata sunt. explosa sunt cuncta.  
perit omnis spes. iacendum est humi. &  
quisque ille ueniat solus exitus expectandus  
est. & haec magnus ille dauid qui in tribu-  
lationibus dilatat. quem & iam si moras umbra

circumde nona me mala qm̄ dñs cum ipso  
 est. Quid ego parat minimus & infirmus  
 & totus terrenus. Adhuc dauid perturbat  
 & quis saluabit. quae tibi ex empla in tribu  
 latione succurrant aut quod solatium inue  
 niam quo me conuertā in angustis. dauid  
 nobis ipse respondeat. noui enim qui a inspu  
 psallens & iam demones fugat. Ipse nobis  
 iudicet quo modo erigamus remissas manus.  
 quo modo dissoluta genua conualescant.  
 ipse nobis iudicet quo modo transeamus  
 pignem & aquam & puetnam ad refrige  
 rium. ipse dicat. Si consistat aduersum  
 nos castra quid agendum sit. aut si in sur  
 gat in nos proelium. si in arcum confiden  
 dum est. uel in uiribus equi aduersum eos  
 qui incurrunt. ad nos ueniunt & equus. non  
 longinqua sed satis proxima nobis ostendat  
 auxilia. ut uelimus & ad sint. in uocemus  
 & antequam dicam̄ presto sint. p̄ penos  
 uerbum sit in ore nostro & in corde nostro.  
**S**uscipe igit̄ tam citum quam desideras reme  
 dium; memor sui in quicquid & delectatus su  
 memoria quid promptus & paratus.

memores to & tūdi & lacrye. O quam  
uilem medicamentū uelocitas. o quanta  
medella magnificentia non solum cohi  
bet tristitias. sed & con. pescit memores.  
sui memoriam uenerit dī. sed & lacryas  
prestat. uis & alios huius cernodi medelle  
audire sermones. **S**i conuersus inquit  
ingemueris ad dīm. tunc saluus eris. uide  
ut gemitus sociatam salutem. Alibi quoq.  
& adhuc loquente tē dicit. ecce ad sum. &  
iterum. Dic anime meae salus tua ego sum.  
**N**ihil interuenit medium inter supplicante  
& miserantem. Non aurum. Non argentum. Non  
modicum munera. neq. aliquid eorum  
quib. homines flecti ad humanitatem solent.  
**S**ed & solum cum dicere ex psona dī indig  
nantis & irati. Desolabo uias tuas. ita ut ne  
mo prorsus incedat peras. & deficient ciuita  
tes eorū qui a non erit qui habitet in eis; & cū  
grauissimis utat<sup>r</sup> cominationib. & inde  
sperationem adducat. & cum terrorum tene  
bras sup fundat. Continuo & iam melioris  
spei reuocat lumen. & delectos rursū susci  
tat animos ac reparat dicens. Uerum tamē

dixi. am & me & suscipite correptionem  
 & non ex terminabo uos ex oculis meis;  
**S**ed & adhuc hilariori sermone pcedens. & ia  
 laetiora pnuntiati dicens. In illo tempore  
 dicit dñs con fide sion non dis soluant man  
 us. dñs dñs tuus in te potens saluabit te. &  
 sup ducet tibi xiciam. & renouabit te in ca  
 ritate sua. & congregabit om̄s contritos.  
 & saluabit eos qui ad fluctu sunt. & eos qui  
 expulsi fuerant reuocabit. Haec quidem  
 & sc̄i antedixerunt. haec & nos in uotis ges  
 mus. haec & sermon̄ adnuntiat. sic amen  
 uos suscipiat uerba prudentia. sicut au  
 sapientissimi salomon. & non uelut in p  
 fundu malorum descendentes contemna  
 us. neq; p inpericia tribulationes uel moles  
 nas incurrentes absorberuobis in te p rati o  
 nib; uideamini. **C**irculus & enim quidam  
 est fit humanarum rerum. & eruditeno uult  
 p contrariadi. ut sicut om̄a in sapientia fecit  
 & creauit. ita cuncta p sapientia gubernet  
 & corrigat. secundum in scrutabilia. atq;  
 inuestigabilia iudicia sua uniuersa dispensans.  
**S**umus ergo & nos eicute inter cetera p uidentia

eius opera. **M**ouentur namq; omnia. ut ita  
dixerim circa eum qui immobilis est. ipse enim  
semper in omnibus idem est. immobilitate stans.  
atq; dispensans ea quae cotidie diuersis &  
modis & rebus & causis. peritibus uarios  
transeunt. & hoc est dogma di antiquum  
& immobile. quo pronuntiatum est tenebras esse  
latibulum eius. **T**enebrae namq; occurrunt  
oculis nostris. cum dispensationis eius conatur  
aliquid intueri. nisi forte in enigmate  
quid & per speculum atq; in figuris possim  
aduertere. & hoc ut adrogantiam nostram  
reundat. ut accepto ex parte intellectus sapi  
entiae & ueritatis di. per hoc ipsum quam nihil  
simus nosmet ipsos considerare possim. & scia  
mus nos nihil aliud debere. nisi ad ipsum con  
uertere. & splendore eius inluminari. ut per  
inaequalitatem eorum quae uidentur & commu  
tantur. ad intellectum nos transferat immobili  
tatis atq; aeternitatis suae. **V**erum tamen ut  
diximus. nihil est immobile nec aequale uel  
in semet ipso consistens. aut usq; ad ubi  
sibi simile permanens. non lux ita semper ma  
ne. non tristitia perseuerat. non diuitiae.

non paupertas. non fortitudo. non infir-  
 mitas. non humilitas. aut potentia. non pre-  
 sentia. non futura. non nra. non aliena.  
 non parua. non maxima. nec quodcumq; illud  
 est quod aliqui excogitauerit inueniatur in u-  
 gis qualitate durare; in aequalitas & com-  
 mutatio. agit omnia. & inserens se per singula.  
 mouit ac uertit uniuersa. ita ut magis au-  
 res fallacibus. firmitatibus. aliqui credi  
 possit. aut litteris quae scribuntur in glacie.  
 quam humanis prosperitatibus. **G**randis na-  
 que successus. in uicia permutat; in felicitatem  
 nimiam. misericordia releuat. quod quidem  
 mira arte diuinae sapientiae temperat ut neque  
 afflictorum dolor absque remedio fiat. neque  
 rursus successus prosperi per ueritatem ipsa  
 effrenantius agant. Denique uiri prudentes  
 & in aduersis eruditi. & uelut aurum in for-  
 nace purgati est dicere. **B**onum mihi quod  
 humiliastime. **Q**uid enim haec mihi humili-  
 tas peperit. ut discam iustificationes tuas;  
**V**ides ergo quomodo sancti ad deum in humilitate  
 confugunt. & per dolores ac tribulationes diu-  
 na beneficia permerent. Animanamque cum in

R

laborib; fuerit & in angustis. cum hosti-  
liter urguat<sup>r</sup> a carne. Tunc ad dñm refugit.  
& agnoscat unde debeat auxilium poscere.  
cum sibi alienum & inimicum senserit mun-  
dum. tunc parentem & proximū inueni  
& dñm. **P**ropterea ergo sursum respicia-  
mus fratres. in omni tempore. & in omnib;  
ad afflictationib; nr̄is spem requiram̄ ad dō.  
neq; in prosperis negligentes timore meur.  
